O.C.107

Iacobi Syluii Ambiani IN LINGVAM GALLICAM Isagωge, vnà cum eiusdem Grammatica Latino-gallica, ex Hebræis, Græcis,& Latinis authoribus.

Cum priuilegio.

PARISIIS.
EX OFFICINA ROBBRET STEBRHANE.
M.D.XXXI.

ILLVSTRISSIMÆ Galliarũ reginæ Helianoræ

Iacobus Syluius Ambianus Philiatros.
S. D. P.

DIci non potest, neque cogitari, regina optima, maxima, quàm optatus, quàm iucundus, quàm verendus Gallis omnibus fuerit tuus iste in Gallias aduẽtus, augustissimúsque tui cõspectus, non hic sine numine diuûm cõcessus. Quandoquidem si nihil cõmodius, nihil fœlicius, nihil denique diuinius pace ipsa hominibus à diis immortalibus dari potest, ô quã te memorem regina, pacis toties ac tandiu optatæ, secũdum deũ author, pacis alumna, pacis vinculum, faxit deus, adamãtinum. Quos tibi triumphos vniuersa de-

bet Gallia? quos honores tuis meritis dignos decernet Gallia? quibus monumẽtis insignibus memoriã tui apud posteros immortalẽ reddet Gallia?
O regem tanta talíque vxore beatum.
O regis natos tam humana matre secunda
Fœlices. ô nos regina fortunatos
Pacifica, augusta, veneranda, heroide dia.
Galliã cerneres vniuersam, squallore ac situ detersо, quẽ belli longioris molestia induxerat, mœrore itẽ ac luctu depositо, omníque animi angore proiecto, nunc velut recreari, animos excitare, vultum exporrigere, modis omnibus lætitiam testari, quã ex optatissimo aduentu tuo concepit maximam. Te pueri loquuntur, tuam faciem somniant. De tua plusquam humana maiestate honestissimus quisque virginum matronarúmque chorus, plenis gloriæ velis, magna cum admiratione colloquitur. Quid? nulla est virorum bonorũ corona, in qua mentio tui honorificentissima propè sola nõ habeatur. Tuũ nomen illustrissimum est omnibus in ore, tuis laudibus sonant omnia. Soliciti omnes sunt quo munere maiestati tuæ debito, aduentui tuo gratulentur, ac fauorẽ tuum demereantur. In quibus ipse infra infimos, mei tamen in te animi cãdorem testari conatus sum munusculo hoc, pusillo quidem, sed cui gratiæ aliquid accessurum

ſperaui ex benigna commendatione Domini à Barra vigilãtiſſimi Parrhiſienſiùm præfecti: quem ob ſingularem in eo virtutem, ob inauditam cunctis in rebus prudentiam, ob ſummam conſiliorum & rerum geſtarum fœlicitatem, Chriſtianiſſimus rex noſter Frãciſcus ſibi ceu Achatem fidiſſimum affixit.

Noſtrum igitur hoc quantulumcunque eſt munuſculum fronte hilari accipe: tuis ſpero iucunditati, multis vtilitati futurum.

Ex ædibus Gulielmi Vauaſſoris chirurgi peritiſſimi, Calendis Ianuariis.

Ad lectorem linguæ GALLICAE STVDIOSVM.

LIbros Galeni de vſu partium corporis humani quum ad Græcum exemplar magna cura præcipuóque ſtudio non modo recognouiſſem, ſed propemodũ nouos reddidiſſem, vigiliis, curis, labore fractus, materiã diſquiſiui, in qua ingenii vires longiore ſtudio & grauiore feſſas recrearem, atque reficerem. Cui otio nulla mihi aptior ſeges viſa eſt hac ipſa ſermonis Gallici inuentione ſimul ac traditione. Quas res duas dum anxie parturio, animi contentione non minori opus mihi eſſe experior, tantæ molis erat linguæ Gallicæ rationem inuenire, & in cañones coniicere. Victa verò tandem operis difficultate, velut in portum quendam quietiſſimum appulſus mihi ipſe videor, dum mei laboris fructum non mediocrem fore video, ex magna etiam doctorũ expectatione.

Abſoluta igitur vtcunque inſtituti mei parte priori, quam Iſagωgen in Gallicum ſermonem paraui, operæpretium me facturum putaui, ſi eam in cõmunem omnium aut vtilitatem aut iucũditatem

ipſe publicarem, addita etiam grammatica Latinogallica: quo à permultis excuſſa, quid habeat vitii planius intelligã. Quæ enim amicis edolãda & diiudicanda antè editionẽ committuntur, ea ipſi tanta interim aut religione, aut negligentia tractant, vt quid mutandum, quid addendum, quid exterendum ſit, eorum monitu vix vnquam ediſcas. Quæ vero in vulgus edũtur, etiam ſi ea ſint, quæ vel Momo ſatiſfacere poſſint, tamẽ in naſutum ſæpe, aut etiam in anxiè doctum incidunt, qui ſcripta aut ſugillet, aut meliora fieri poſſe admoneat. Vos igitur lectores candidi oro atque obteſtor, vt quod lectione dignum iudicaueritis, boni conſulatis: quod doctis auribus indignum, expungatis: quod melius reddi poſſe, excolatis: quod auctius, cumuletis: Rerúmque aut verborũ à vobis perpenſorũ velut elenchum aliquem ad honeſtiſſimũ, doctiſſimũ, diligẽtiſſimum, & fideliſſimũ bibliopolam Robertum Stephanũ deſcribite: quo editionem proximam, puriorem, & locupletiorem reddamus, facta paſſim veſtri mentione honorifica, quoties videlicet inuẽtione veſtra nitemur. Mihi vero ipſe interim voti cõpoſſe videbor, ſi natiuum linguæ Gallicæ nitorẽ iamdiu propè exoletũ, & ſitu obſitũ, nõnihil deterſero, ac velut poſtliminio in puritatis priſtinæ partẽ reſtituero: cor-

rogata ſcilicet ex Hebræis, Græcis, Latinis vocum Gallicarũ origine: à quibus ceu fontib⁹ noſtra pro pè vniuerſa elocutio manauit. Id quod initio noſtri Etymologici planiſſime conuincimus. Ex iiſdem fontibus plura & lõgè ſolidiora in hanc rem noſtram attuliſſem: niſi eſſem veritus, ne lector rudis adhuc & inſolens huius ſermonis, noua rei facie, prolixitate, difficultate territus, retro pedem referret.

Neque eſt cur aliquis viliora hæc ac humiliora cauſetur, quàm vt in ea quis bonas horas conferre debeat: quum in hæc diuerticula Budæus pariter ac Eraſmus duo clariſſima mundi lumina, & muſarum myſtæ coryphæi, non raro magna cum voluptate excurrãt, neque (ſi quid iudico) iniuria. Si enim homo ſermone à cæteris animantibus differt, ſermonis cultu homo ab homine: non iniuria ſermonẽ Gallicum excolere aggreſſus ſum: vt poſteris velut præluceam, iſta limatius, copioſius & fœlicius tractaturis: ac noſtræ ætatis homi nibus animos excitem, vt horis ſaltem ſucciſiuis, intermiſſa paululũ linguarum exoticarũ diſquiſitione tam ſolicita, ſui ſermonis rationem cõdiſcant, ne picarum aut ſturnorum more à parentibus audita, ſed nunquam animaduerſa, nunquam perpẽſa, nunquã intellecta, ſemper effundant: quũ

sit fœdum, hominem in ea lingua videri hospitẽ, in qua natus est.

Nec te mirari oportet quòd etyma quædam absurdiuscula (qualia tibi forte videbũtur nonnulla) tradidimus, quũ multo absurdiora apud Probum, Marcellum, Varronem, Perottum, Calepinum, & alios Latinorum etymographos inuenias: vt interim Suidam, Hesychium, Etymologicum, cæterósque taceam.

Adhæc vulgi Gallorũ cacographiam sæpe accusamus: vt recepta tandem orthographia consuetudini seruiat & non mutanda perseueret. Vsum tamen interim populo concedimus: donec puriora consectari didicerit.

Necubi autem lectio te remoretur, pauca tibi præ discenda veniunt: imprimis characteres quosdam nouos à nobis necessitate effictos esse, vt quod etiã in Græca lingua & Latina, non solum Gallica, desiderabatur, per hos exprimerem, ne non ipsam in pronuntiando fœlicitatem Galli propè soli assequerentur. Si enim figuræ huiusmodi i- & u- consonantium, vt i & u vocalium Latinis essent, sublatam videres grammaticis ambiguitatem arcuum, pituita, genua, tenuia, abiete, parietibus, sylua, soluisse, dissyllaba, trisyllaba, polysyllabáue in poetis essent. Nec interpretibus identidem repe-

tendum foret diſſyllabum, triſyllabum, quadriſyllabum: vel i & u vocale, i & u conſonum, vel ui diuiſas, ui ſyllabam.

A. 1. A. 2. A. 3. A. 4, & in aliis literis pariter paſſim reperies: quibus ſignificari volo primam, ſecundã, tertiam, quartam regulam de cognatione literæ a, vel aliarum, cum aliis.

Pic. inſuper, pro Picardi ſæpe reperies: quòd horum ſermonis cum Gallico atque adeò Græco & Latino, ſi Eraſmo & veritati credimus, maxima eſt affinitas: vter vero integrior, aliorum ſit iudicium.

Adde quòd, dictioni Gallicæ quoties ferè Latinam aut potius Latinæ ſimilem, cum præpoſitione ab poſtponimus, barbaram, vel parum receptam innuimus, vt hcûreûs ab horoſus.

Multa denique exempla interdum cõgeſſi, ne regulam ex paucorũ ſimilitudine conſtituiſſe putarer.

Interdũ pauca: vel quòd plura nõ occurrerẽt, vel ne odioſa prolixitate liber in immẽſum excreſceret.

Latinè autem ſum rem exequutus, vti hæc Anglis, Germanis, Italis, Hiſpanis, ac reliquis gentibus externis linguam Latinam non omnino ignorãtibus, ſermonis noſtri ratio communis fieret.

VALE.

Et ſi quid habebis rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum.

ERRATA.

Pag.	Verſu.	
3	27	functus, hunc,
4	31	cè, id eſt hic pronomen,
6	16	quoûecer, à quies quoûoî,
6	17	ſæpe ſ,
8	27	ἀνσόνιους Auſonè,
9	30	tranſeant & tranſformentur,
11	23	δεῦμα
11	32	contrà
12	16	vero pro α, ω μέγα etiam ſonant.
19	13	νέμω
21	31	ὁ ὀρφεύς
40	21	vnde riuet, calcei pars: riu-er verbum
42	10	inſculpere,
52	12	camus,
75	22	ferré
76	1	eaûè,
82	18	ceûiu-rèchef
92	33	religioſorum

Varii, iidémque noui

literarum, & notarum characteres, quibus nobis ad perfectiorem vocum Gallicarum repræsentationem vtendum fuit. quorũ rationes suis locis redduntur.

i- u-, pro i u consonantibus, vt i-a, u-âi: id est, iam, vado.
é, sonum habens plenum, vt charitas charité, amatus amé.
è, sonum habens exilem, vt gratia gracè, bona bonè.
ē, sonum habens medium, vt amate âimēs.
ů, u per o pronũtiatum Latinis, ante m & n propè semper: cuius loco Galli o ferè supponunt.
ȼ, c sono s, vt Alenȼon, id est Alenconium vrbs.
c̄c̄, c sono duorum ss, vt pôic̄c̄er, id est picare.
c̄h̄, c sono ch, vt c̄h̄eu-al, id est caballus.
g̈, g sono prope gua, gue, gui, guo, guu. vt g̈allè, id est callus vel galla. Volg̈e, id est vulgus & vulgi fauor. g̈ilbert & Gilbert, id est Gilbertus. g̈orgè, id est guttur, à gurges.
g-, g sono ferè i-a, i-è, i-i, i-o, i-u. vt g-ambè, à g-amba, g-è, id est ego. g-ilbert, à Gilbertus, g-ôiè, id est gaudium.
g̱, g sono s, vt lig̱ons, id est legamus.
ſ, s sono obscuro, vt mâiſtrè, id est magister.
ś, s truncato sibilo in fine dictionis. sic etiam
t́, t́, & cæteræ similiter consonantes, vt leś boneś bèsteś.
âi, êi, ôi, oŷ, aû, eû, oû, diphthongorũ notæ, vt mâi, plêin, môi, moŷ, caûse, fleûr, poûr, id est maius, plenus, mihi, mei, causa, flos, pro.
äi, ëi, öi, oÿ, aü, eü, oü, vocalium earundem diuisarũ notæ.
ēû, eû sed sono dilutiore & exiliore, vt c̄ēûr, mēûrt, id est cor, moritur.

Iacobi Syluii Ambiani IN LINGVAM GALLICAM ISAGOGE, EX HEBRAEIS, GRAECIS, LATINIS SCRIPTORIBVS.

LIterarũ definitio, numerus, ſpecies ſeu differẽtiæ, cognatio, Græcis, Latinis, Gallis, propè ſunt eadẽ. Nomina, Figura, Poteſtas, Ordo, diuerſa. Literæ ſiquidem his omnibus, ac præterea Hebræis duæ ſunt & viginti, nominibus & figura diuerſæ. Gallis cũ Latinis eædem, a. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. u. x. y. z. Quarum y & z. receptæ ſolummodo ſunt cauſſa nominum Græcorum aut à Græcis ortorum, ſi Fabio, Priſciano, & reliquæ grammaticorum turbæ credimus. Quocirca Gallorũ etiam doctiſſimorum error publicus mihi hoc loco ſubmouẽdus eſt: qui nullo diſcrimine y propemodum vbique pro i, & ſcribunt, & ſcribendum, ſolo vſu à ratione alieniſſimo, contendunt. Id quod paſſim ſuis locis audies. H autem literis adiecimus: quæ cur litera non ſit, ſed ſolum aſpirationis nota, vt Priſciano, Capellæ & aliis propè infinitis placitũ eſt, mirũ quibuſdam, & inter hos Ioanni Pierio Valeriano in caſtigationibus Virgilianis, videri ſolet, quum definitionem literæ, & nomen, & figuram, & (quod præcipuum eſt) poteſtatẽ habeat. K expunximus, ceu omnino ſuperfluũ, quod nihil aliud quàm Græcum κ ſit: in cuius locũ, c aſſumpſimus. Nec audiendi ſunt, qui ante a, id ſcribendũ putãt, vt Kalendæ pro calendæ: inter quos eſt Martianus Capella.

Literarum figuræ & characteres tum typographis tum chirographis hac tempeſtate variant maxime. Quæ varietas

an maioribus noſtris cognita, receptáque fuerit, probatu difficile eſt. Literarũ ſpecies primæ, ſunt duæ: vocales ſex, a,e,i,o,u.y Græcũ, à nobis propter ſolas dictiones Græcas (vt dixi) adoptatum. Conſonantes reliquæ. Adde quòd in conſonantes nobis quoque tranſeunt i,& u, nomine ſeruato, ſed ipſa in pronuntiando poteſtate & figura (vti mox audies) mutatis. Id quod dũ fiet, hac eas figura pingemus i-,u-. dum autem vocales erunt, hac omnibus conſueta i, u. neque id temere. Illarum enim láteri dextro appuncta lineola, ipſas vocalibus propè cõtinuas efficit, cum quibus ſyllabam faciunt. hæ contrà, aut ſolæ ſonant, aut conſonantes excipiunt.

POTESTAS ET PRONVNTIATIO LITERARVM.

Literæ omnes vt apud Græcos & Latinos, ita quoque apud Gallos ſonum in pronuntiãdo triplicem exprimunt, plenum, exilem, medium. Plenum quidem, exempli gratia, vocales, quando aut puræ ſunt, aut ſyllabas finiunt, vt ago, egi, ibo, oua, vnus. Exilem, quando ipſæ m vel n, in eadem ſyllaba antecedunt, vt am, em, im, vm, an, en, in, on. Medium, quando conſonantes alias, vt al, el, il, ol, ul. De conſonantibus ſuo loco. A, ore largiter diducto profertur. V, ordine poſtremum, ore in anguſtũ clauſo, & labiis paululum exporrectis. E, i, o, vt ſitu ſunt inter has mediæ, ita pronuntiatione, rictu ſcilicet ſemper minus & minus diducto. A, i, o, Latinorum pronuntiationem, quod ſciam, apud Gallos non mutant. Sed e Gallis tã frequens quàm a Italis, & Narbonenſibus, ſonũ plenum obtinẽs, (id eſt quoties aut purum eſt, aut ſyllabã finit) à Gallis trifariam pronuntiatur, plene ſcilicet, qualiter Latini pronuntiant in verbo legere: túncque ipſum velut acuti accentus virgula ſignamus, ob id quòd voce ma-

gis exerta profertur·vt amatus amé,bonitas bonté:& ita in cæteris fermè nominibus in as,& in participiis præteriti tẽporis primæ. Sed excommunicẽ, ſacrifiẽ & ſimilia, quando ſcilicet i præcedit, ferè Galli pronũtiãt. Deinde exiliter, & voce propemodum muta: quod tũ, grauis accentus virgula notamus, quoniã vox in eo langueſcens velut intermoritur, vt ama âimès, Petrus Pierrè. Medio denique modo, quod lineola à ſiniſtra in dextram partem æqualiter & recte ducta oſtendimus. vt amate âimes. Adde quòd ſyllabam el, nonnunquam voce Latinorum proferimus, vt crudelis cruel,quo modo Gabriel. aliquando autẽ ore magis hiãti:vt illa ellè. E etiam ante r, s,t,x,& quaſdã alias conſonantes, in omnibus apud Latinos vocem non habet eandem. Natiuũ enim ſonum in pater,es à ſum,& textus, pronuntiatione quorundam retinet. In erro autem, gentes,docet,ex,nimis exertum, &,vt ſic dicam, dilutum. Sic apud Gallos ſono genuino profertur in pér,à par paris:és à ſum:ét,coniunctione: in qua t omnino ſupprimunt Galli contra rationem. Alieno autem & lingua in palatum magis reducta,diductíſque dẽtibus in errácer pro eracer, id eſt eradicare:es, id eſt aſſis: èſcrirè, id eſt ſcribere:ettoné, id eſt attonitus: à pedo pet:eppeller, id eſt appellare, extrâirè: id eſt extrahere.

V vocalis apud Latinos non minus quàm apud Gallos, ſonum duplicem quibuſdam exprimit ſequẽte n,in eadem ſyllaba. Vt enim illorum quidam cũctus,percunctari, pũctus,functus, & alia quædã, natiuo u vocalis ſono manete,pronũtiant:ita iidem cũ aliis,pungo, fungor,tanquam per o ſcripta, pongo,fongor,proferũt, adulterata u vocalis voce genuina. Id quod ſequente m,in eadem ſyllaba omnes Latini vbique faciunt, ſcamnũ,dominũ,muſarũ, & cætera pronũtiantes perinde ac ſi per o ſcriberentur:ita vt aliud nõ ſonet o,in tondere,ſontes,rhombus,quam u in tunde-

re, ſunto, tumba. Atqui o diductiore rictu pronuntiandũ eſt quàm u. Ita Galli vnus vn, communis commun, defunctus defunct, & alia quædam, ſono u vocalis ſeruato pronuntiant. Contra vndecim ũnc̃è, vncia ũncè, trũcus trũnc, & pleraque alia, non aliter pronũtiant, quàm ſi per o ſcriberẽtur. Sed de u vocalis & o cognatione poſtea plenius dicturi ſumus. Illam verò ſic u, hanc ſic ũ pingemus. V vero cõſonans in fine dictionis per digamma Æolicum hoc eſt f, pronuntiamus, vt ſeruus ſerf, clauis clef: & nonnunquam in initio: vt vicem vice vices, fois. Forſan ne ſi per regulam u-ois dicatur, à vox fieri credas. quæ u- conſonantis pronuntiatio Germanis perpetua eſt, veteres imitãtibus qui f, pro u- conſono ſcribebãt, vt Folſo, fifo, pro voluo, viuo.

Ad hæc litteram c, trifariam enuntiamus, nunc ſono genuino, vt renunciare renuncer: nunc molliter, velut ſ, vt cancellarius ſanſellier, quod ſanſellier ferè pronuntiant. nunc velut ſſ duplex, vt picare poiſſer, quod poiſſer, & inde poiſſard pro fure proferunt, vt forte pronuntiandũ & ſcribendum à πίσσα, id eſt pix. Primum hac nota c, ſecundum hac ς, tertium ς̃, exprimemus. Sed hic quoque admonenda eſt Francorum conſuetudo, qui paſſim ipſi c, aſpiratione adiiciunt, vt caballus ceual, canis ſeu κυὼν cien, hi cheual, chien, aliáque ſimiliter & ſcribũt & pronũtiant. Quãquam ch veteribus Gallis non erat, niſi in dictionibus aut Græcis aut Latinis ch habentibus: ſed c, ſono quodam inter c & ſ medio pronũtiabant. At etiam c, molliter Itali & ſua & Latina lingua quaſi per ch proferunt. Quid ſi veteribus literæ huius præpoſitæ vocalibus poteſtas in aliis atque aliis vocibus duplex fuerit, vt quẽ nunc habet ſonum, pronuntiando ce, ci: eundem in ca, co, cu, expreſſerit? Quod etiam hodie Galli in quibuſdam ſeruãt, dicentes cè. Sic pronomẽ ci, id eſt hic aduerbium. comẽcat à coninitiauit pro incepit. lecon, id eſt lectio. recut, id eſt receptus. tãquã ſe,

ſi, comenſat, leſon, reſut, ſcriberẽtur. Præterea h̃at, id eſt catus: pierecon, id eſt petra iuuencula. h̃ut: id eſt qui cecidit: eiuſdẽ generis infinita, perinde ac ſi chat, pierechon, chut ſcribas. Quæ vocũ ſimilitudo rudes idiωtas in errorẽ fortè induxit, vt tam multis vocibus Gallicis ch adſcripſerint (quanquã me non latet κ cum χ Græcis, & c cum ch Latinis cognatio pòſt dicẽda) quod dum fiet, hac nota h̃ ſignabimus: cuius loco ſi ch ſcripſeris propter ipſam c cũ ch cognationem, nihil laboro. Cõtrà vero, quem ſonum c in ca, co, cu, Latinis & ſæpe Gallis nunc retinet, illum quoque in ce, ci, tãquã que, qui, ſcriberentur, fortaſſe obtinuit in quibuſdam dictionibus. Quẽ Picardi hodie paſſim ſeruãt, proferẽtes c̈eu-al, c̈ien, & id genus permulta, tanquam queual, quien ſcriberentur. Quo modo ipſis ſcribenda ſunt, c̈a c̈e c̈i c̈o c̈u, ſono qua, que, qui, quo, quu, nota u literæ appũcta: vt pronuntiationẽ ipſam quam potes proxime ſcriptura imiteris.

G ſimiliter quem ſonum retinet in ſyllabis ge, gi, eũdem fortè olim habuit in ga, go, gu, tãquã i-e, i-i, i-a, i-o, i-u, ſcriberentur. Vnde ego gè, vulgo i-e ſcribunt: vt in pronomine dicemus. Et contrà, quem nunc in ga, go, gu ſeruat, illum ipſum in ge, gi, ceu gue, gui, ſonarent, quondã fortaſſe expreſſit: quum Galli paſſim nunc vnum, nunc alium eius ſonum pronũtiando repræſentent. Quorum exempla in ſequentibus non pauca ſubiiciemus, priorem eius pronuntiationem ſic ſcribentes g-: poſteriorẽ hac figura g̈ nota u literæ appũcta. Huc pertinet quod Germani ga, go, gu, per i-conſonum: & cõtra i-o per go pronũtiant, in dictionibus etiam Latinis dicentes magor pro mai-or. Picardi contrà, i-a Gallorũ, ſæpe per ga proferunt, vocis etymum ſequuti, vt g̈ambè, g̈aûnè, g̈ardin pro i-aûnè, i-ambè, i-ardin. De quibus in canone 34. G, inſuper ante l, ſine medio, ſonat aliquãdo nobis vt Latinis in Anglia & ſimilibus, vt angulus anglè &

inde dīminutiuū anglet. vngula vnglè. Aliquādo ſonū retinemus, quē habuit ante vocalē quam eliſimus, vt angelus ang-lè. hoc rurſus ſic g-, illud ſic ġ notabimus. Ad hæc, g vt Latinis, ita Gallis u liquidū ſibi in quibuſdam adiungit, in quibuſdam non. vt anguilla, rogo &c. anguille, langueur, image, corriger, interroger, quod interroguer dicunt nonnulli. G item vt c, Galli velut ſ, interdum propè ſonant. Vnde ſcribendo & loquendo ea mutuo confundunt, dicentes, legamus, liſons, liſes, liſent &c, pro liġons, liġes. ſic dicimus, nous diſons, vous diſes &c. pro, diċons, vous diċes.

Q, etiam ob id tantum ſcribenda videtur, vt oſtēdat ſequens u (quod ſibi perpetuum alligat) in dictione ante alteram vocalem in eadem ſyllaba poſitum, literæ vim amittere: vbi tamē prorſus non euaneſcit, præſertim apud Italos & Germanos in Latinis dictionibus, apud Picardos in ſuis, dicētes à quatere quouecer, à quies quôi, à quatuor quôuatre. Quod & in c, g, & ſæpe ſ ſequēte a & e cōtingit, vt qui, cui, ſanguis, anguis, lingua, ſueſco, ſuauis. Quare ſi ob id q alia eſt litera quàm c: g quoque & ſ, cum præponuntur literæ vim amittenti, aliæ putandæ ſunt, & aliæ cum id non faciunt. Altius ergo contemplanti, octodecim tantum literæ tibi videbuntur in Latino ſermone, ſexdecim Græcorum antiquæ ſcilicet, & f & x poſtea additæ, quas à Græcis quoque mutuati ſumus, vt y, & z, cauſa nominum Græcorū, Ex his patet, c, κ, q, nomine & figura differre, poteſtate autem in ſono & metro eaſdem eſſe: ergo pro eadem litera accipiēdas eſſe. H, aſpirationis nota, nil habet literæ præter figuram: poteſtate autē caret, quæ præcipuam elementi rationem oſtendit. Ergo litera non eſt: quia non vocalis, nō ſemiuocalis, nō muta. Priſc. κ, q, h, Varro & Macer, teſte Cenſorino, literarū numero nō adhibēt. Idem. Q. quidam literā nō putabāt: & vincerēt, niſi in equo & equitatu appareret expreſſe. Capella. Addit tamē poſtea, Superua-

cuæ erũt q & κ. Huc pertinet quod Quintil. cap. 6. ſcribit, κ, q, x, redũdare: & q, quorundã nominũ notã eſſe: κ, Græcorũ Καππα: nunc tamẽ in literarũ numero eſſe: & nos potuiſſe x noſtrarum vltima carere, ſi nõ eam quæſiuiſſemus.

S ante t, & alias quaſdam conſonantes, in media dictione raro ad plenum, ſed tantũ tenuiter ſonamus: & pronũtiando vel elidimus vel obſcuramus ad ſermonis breuitatẽ, quod illius ſibilus niſi longus ſit, & aſperior (qualem Hiſpani, Narbonenſes, Aquitani plerique ſonant) non admodum audiatur. id quod dum fit à Gallis, ſic S notabimus, ceu parte bona pronũtiando expungatur. vt magiſter mâiſtrè: quod mâitrè propemodum ſolum pronuntiamus. Sic ſtudere eſtudier, ſcutella eſcuellè, & alia prope infinita ſibilo truncato proferimus, quem in quibuſdam perfectè cum Latinis & Græcis ſeruamus, vt honeſtus honeſtè, domeſticus domeſtiquè, phãtaſticus phãtaſtiquè, ſcholaſticus ſcholaſtiquè, organiſta organiſtè, baptiſta baptiſtè, euangeliſta euãgeliſtè, & alia quædã ſuis locis & in Etymologico dicẽda. Forte quòd hæc haud ita pridem à doctis in vſum Gallorum ex fonte vel Græco vel Latino inuecta ſunt.

In fine quoque dictionis nec illam nec cæteras conſonãtes eadẽ de cauſa ad plenũ ſonamus, ſcribimus tantum: niſi aut vocalis ſequatur, aut finis ſit clauſulæ, vt fœminæ ſunt bonæ, Les femmes ſont bones, ſcribimus, ſed pronuntiamus, Les truncato ſibilo, femme ſine ſ, ſon ſine t, bones. Infantes habẽt panem, les enfants hont du pâin, ſcribimus & proferimus, niſi quod t in enfants & in ſimilibus, vulgus Gallorum nõ ſonat, nec in tertiis perſonis ſingularibus & pluralibus, verborũ. Quod quibuſdam eſt tam difficile, vt e præterea ſubiiciãt, & pro amat il amẽt, amãt ils ament, dicunt amètè & amentè, & ſimilia, Italorum more, qui d & t in fine dictionis latinæ dè & tè ſonãt. contrà Scoti & Lothoringi, e poſtremum omittunt poſt quãuis conſonantẽ,

ſiquid Gallice conantur. Nunc de vocaliũ ordine in diphthongis dicamus.

ORDO LITERARVM, PRAESERTIM VOCALIVM IN DIPHTHONGIS.

Iphthongos à Græcis potiſſimũ mutuati videmur, ſcilicet, âι, êι, ôι, οŷ, aû, eû, oû. Eas tamẽ quàm cæteri Europæ populi plenius & purius pronũtiatione, ſi quid iudico, exprimimus. Si ipſæ ſimul concretæ, debent in eadem ſyllaba vim ſuam, hoc eſt poteſtatem & pronuntiationem retinere, vt certe ex ſua definitione debent. Fruſtra enim diſtinctæ ſunt tam literæ quàm diphthongi, ſi ſono & poteſtate nihil differunt. Nanque âι Græcis propriam, Latinis quibuſdam poetis vſurpatam, non æ, ſeu ę cum Græcis: non ai diuiſas vocales cum poetis Latinis, ſed âι vna ſyllaba vtriuſque vocalis ſonum leniter exprimente, pronuntiamus: qualis vox ægrotis & derepente læſis eſt plurima. êι quoque, ſeu ę, nõ ι tantum cum Græcis, neque nunc i, nunc e cum Latinis, hanc in hei interiectione ſeruantibus, in voce autem Græca in i, aliquando in e permutantibus & pronuntiantibus: nec ei diuiſas vocales efferimus, ſed êι monoſyllabum, voce ſcilicet ipſa ex vtraque vocali in vnum concreta, vt ingenium engêin, non engen, nec engin. ôι, non i, cum Græcis, nec œ cum Latinis, ſed vi vtriuſque vocalis ſeruata, vt monachus môinè: datiuo μοι, id eſt mihi môι. Eodem ſono oy pronũtiamus, vt genitiuo μου, id eſt mei moŷ. Super hæc, αυ, ευ, cum Græcis: au, eu, cũ Latinis pronũtiamus. vt αὐτόνιους, autonè εὐαγγέλιορ euangilè (in quibus tamẽ υ ſeu u conſonantẽ ſonat, non vocalem Græcis, Latinis, & Gallis) audire aûir, neuter neû trè. ου ſeu oû cum neutris pronũtiamus. ſiquidẽ nec per u, Græcorũ more, ſed cõtrà, u in ου ſeu oû perſepe mu-

tamus: vt non multo pòst in literarum cognatione docebimus. Hac autem diphthongo caret sermo Latinus. Diphthongos autem singulas velut accentus circunflexi nota signamus, sic, aî, ê, oî, oŷ, aû, eû, oû: ne vocales solutas & diuisas (quas punctis duobus, velut apiculis, distinguimus) lector adhuc rudis esse putet, proindéque perperam pronuntiet.

Eu sonum habet varium, aliquando eundem cum Latinis, hoc est plenũ, vt cos cotis cœût, securus seûr, maturus meûr, qualis in euge, Tydeus. aliquando exilem & propius accedẽtem ad sonũ diphthongi Græcæ ευ, vt cor cœûr, soror seûr, morior g-è meûr: nisi quòd u in his, non velut f sonat (quomodo in αυ & ευ) sed magis in sonum u vocalis inclinat: id scribendo ad plenum exprimi non potest, pronuntiãdo potest. Sed in his forte & in quibusdam aliis, hæc vocis eû varietas propter dictionum differentiam inuenta & recepta est. Illam eû, hanc eũ lineola in longũ superne producta, sonum diphthongi minus compactum & magis dilutum significante, notamus.

De consonantiũ quarundam ordine, vt quòd, l, m, n, nõ præcedit r, nulla vocali media, & in eadem syllaba, in canone 3 dicimus. Nunc quæ quibus inter se cognatio sit, enarremus.

LITERARVM COGNATIO.

M Vtuam literarum inter se cognationẽ, ob quam iure quodam per deriuationem, declinationem, compositionem, translationem, tum ex Græco in Latinum sermonem, tum ex vtroque in nostrum, & modis aliis in se inuicem, vt apud Græcos & Latinos, ita quoque apud Gallos transeat & transformetur, dicere tempestiuum est. Similiter quibus figuris tum Græcis tum Latinis vsa

Gallia, Græcas dictiones pariter & Latinas in suũ idiωma, fœlicitate ea transcripsit, vt nullum propè verbum sit, quod Græcis & Latinis non debeamus. Nec desunt tamen quæ Hebræis accepta referimus: sed nõ admodũ multa, & quot fortasse à finitimis sumus mutuati: vt interim taceam pauca quædam domi nostræ nata, tum ad sermonis munditiem & opulentiam, tum ob rerum necessitatem, quas quidem nouas larga manu & numerosa sobole, in dies, autverius in horas parit Gallia, tam est rerum omniũ ad benè beatéque viuendum necessariarum fœcunda, tam est artificiosa, tã est operosa. Quam verò nunc dicturi sumus vocalium affinitatem & transmutationem, nõ modo ipsis est inter se, sed etiam cum diphthongis ex se nascentibus.

Literæ sunt affines aut per communitatem, quòd inuicẽ pro se positæ inueniũtur: aut per cognationẽ, vt b, p, ph, f, u-. & c, g, ch, x. & d, t, th, t, x, z. Vnde sæpe d, scribẽtes Latini, z ita sono exprimũt, vt meridies, hodie. Quin & antiquissimi Medentius pro Mezentius dixerũt. S quoque pro z sæpe geminamus, vt pro μάζα, πιτίζω, πατρίζω, massa, pitisso, patrisso. Et Dores τὺ, τὲ, pro σὺ, σὲ, vnde nos tu & te sumpsimus. Attici quoque θάλαττα, θρῆττα, ἧττον, pro θάλασσα, θρῆσσα, ἧσσον, & ξὺρ pro σὺρ dicunt. Romani etiam Aiax pro Αἴας.

Mutua vocalium inter se cognatio.

A in e i

A tam longum, quàm breue Latinis transit in e nunc longum nunc breue. vt

Capio cepi.	Tango tetigi.
Iacio ieci.	Frango fregi.
Facio feci.	Arceo coerceo.
Ago egi.	Halitus anhelitus.

Adde quòd Cato Cẽsorinus authore Fabio libri primi cap. 13, pro dicam, faciã, scripsit dicem, faciem: modúmque eundem seruauit in cæteris similiter cadentibus.

Sic a in e Galli sæpe mutarunt, quum ex vocibus Græcis aut Latinis suas effecerunt: rarius tamen in prima syllaba quàm in sequentibus. vt,

Ala elè.
Mula mulè.
Musa musè.
Penna pennè.
Pluma plumè.
Hærba herbè.
Porta portè.
Villa villè.
Papa papè.
Patriarcha patriarchè.
Monarcha monarchè.
Scriba scribè.
Sophista sophistè.
Eremita ermitè. syn. e.
Homicida homicidè.
Idωlolatra idolatrè. syn. lo.
Hypocrita hypocritè.
Prope reliqua primæ declinationis.
Ρῶμα rumè.
Apostema apostumè, vel apoitumè.
Sophisma sophismè.
Poema poemè.
Thema themè vel thumè.
Diadema diademè.
Schisma schismè.
Problema problemè: & alia huiusmodi innumerabilia.
Sic talis tel. Qualis quel.
Sal sel, Mare mer, Par per.
Charitas charité.
Caritas cherèté.
Honestas honesté.
Dignitas dignité.
AEstas æstè. & in tas Latina prope reliqua. Sic,
Comitatus conté.
Ducatus ducé.
Delphinatus daûphiné.
Amabam aimée.
Videbam vôiée.
Legebam liſée.
Audiebam oûée. vel amôie &c. vel vtrobique sine è postremo: de quib⁹ in verbo & alibi fusius dicemus
Amatus amatum amé.
Amata amée.

Quid quod Parrhisiẽses e pro a, & cõtrà, præsertim m vel n sequẽte, etiam in Latinis dictionibus, Censorini exemplo, & scribunt & pronũtiant, magna sæpe infamia, dum amẽtes pro amantes, & contrà amantes pro amentes, aliáque id genus eadem ratione confundunt?

A in i 2

A in i sæpe Latini transmutant, vt

Facio inficio. Amicus inimicus.
Iacio iniicio. Arma armipotens.
Salio insilio. Stella stelliger.

Galli quoque Latinorũ imitatione, interdum id fecerũt, vt Vacuus, a, um, u-ide. Cerasum ceriſe. Cerasetum ceriſée. Vacuare u-ider. Vnde deu-ider à deuacuare. quo significamus filũ ex girgillo (quẽ ob id deu-idoir à deuacuatoriũ, & Tornetè à tornãdo vocamus) glomerare. Nisi u, in u-i, aut Picardorũ more, in üi mutatũ malis. de quo mihi postea suo loco dicendum est in canone 35.

A in o, u 3

Latini a in o & in u quoque verterunt. vt

Lauo lotus. Salsus insulsus.
μάρμαρον marmor. Aula aulula.
θρίαμβος triumphus. Calco conculco, inculco.

Iωnes vero contrà, ω μεγα per ου sonant,
θῶυμα pro θωῦμα: ὠυτὸς pro αὐτὸς dicentes.
Quam mutationem Galli quoque alicubi expressérunt, vt
Tangere toûcer,
Amamus âimons. amabamus nous âimeons.
Et ita in primis pluralibus personis præsentis primæ, & præteriti imperfecti, etiam aliarum coniugationum.

A, Vocales varias sibi, nunc præponit per prothesin: nunc postponit, sed in media dictione, per epenthesin, figuras Græcis pariter & Latinis frequentissimas.

A in ea 4

A sibi e nonnunquam præponit, vt

Aqua éaûè, quidã iaûè, syn. q. Veteres eûe: quam Narbonenses purius vocãt éguè. A. 1. Q. in g. vnde nos aquarium eguerè diximus. Plura huius exempla mihi nunc non occurrunt.

A, sumpto i, sæpe facit diphthongum âi Gallis, vt A in âi

Pax pâis.
Fascis fâis.
Facere fâirè.
Amare âimer, vel amer: quod etiam amarum & fel significat.
Adiuuare âider. syn. iuu-.
Tacere tâirè.
Vado g-è u-âi. Sed
Video g-è u-ôi.
Habeo g-hâi.
Acer âigrè.
Macer mâigrè.
Alacer alâigrè.
Area âirè.
Bacca lauri, Bâiè. syn. cc. Quædam tamen nonnulli, Normanorum more per e, A. i, pronuntiant.
Dama dâim.
Trama trâimè.
Lana lâinè.
Rana râinè, Picardi. Grenoule Galli à ranũculo diminutiuo, prothesi g. & sync. unc.
Hamus hâim. Picardi,
Hamucon diminutiuũ, Gall.
Nanus nâim.
Granum grâim.
Stannum estâin.
Stamen estâin.
Stramen estrâim.
Trames trâim. Vnde, Il vat grãd trâim, velociter. Et, il vat a grand trâim, frequenti comitatu. Il tiẽt grãd trâim: magnam alit familiam, & rem domesticam habet amplissimam. Quãquam à tranare trâiner, dici trâin queat: qua si secum tranet & trahat multos.
Fames fâim.
Mane mâin: frequẽs in comœdiis Gallorũ. Demâin cras, à demane.
Panis pâin. Vnde compâin pro socio in vsu panis & aliorum, vti à diminutiuo, pâinon compâinon & compâinie formamus. vt Latini in commilito, cõmanipulo fecerunt.
Manus mâin.
Sanus, a, um, sâin, sâinè.
Planus, a, um, plâin, plâinè. Sed
Plenus, a, um, plêin, plêinè
Vanus, a, um, vâin, vâinè. Sed
Vannus van.
Villanus, a, um, villâin, Villâine, pro infami &

rustico dicimus. vti Sacellanus h capellâin à capellanus.
Germanus, a, um, germâin, germâinè.
Romanus, a, um, Româin, Româinè. Sed roman pro historia Gallico sermone cõscripta. Ad hũc modũ possessiua permulta in anus, de quibus postea in nomine tradimus, & in Etymologico.

ai diuisa 6

âi diphthongum Græcam vt sæpe diuidunt Latini, dicentes pro

ἡ μαῖα Mai-a
ὁ ἄιας Ai-ax. &

Aulâi, aquâi, pictâi, terrâi, proaulæ, aquæ, pictæ, terræ.

Sic nos eandem modo coniunctam seruamus, modo diuidimus ad significandum diuersa. vt

G-è trâi, id est traho & sagittam emitto, quam ob id trâict à tractus vocamus.
G-è trâi, id est prodo & in fraudem traho, licet hoc à trado videri queat.
G-hâi, id est habeo & teneo: infinitiuo hauôir.
G-è hâi & g-è hé, A. 1. id est habeo odio, & odi. infinitiuo hâir, vti à trâi trâirè: à trâi trâir infinitiuos habemus. de quibus rursum in diæresi pauca repetemus.

A in aû 7

A, sumpto u, in au diphthongum sæpe transit. maxime l sequẽte in voce Latina, & aliquãdo in oû, nisi l in u mutair mauis. vt

Fallo, g-è faûl.
Falsus, a, um, faûls, faûlsè.
Salio, g-è saûl.
Saltus, us, saûlt.
Calidus, calida, um, h è âld, h caûldè.
Calx h caûls.
Alter, a, um, aûltrè.
Aulcun, ab aliquis vnus.
Altus, a, um, haûlt, haûltè: h præposito, vt vox sit vegetior.
Falx faûls.
Falcicula faûlcilè. syn. cu
Salix saûls.
Palus paûl.
Calceus caulcē, Pic. & caulcè pro caliga. vnde nasci potest. G. 1.
Caballus h ceual. caballi h ce-

uaûls.
Leal lealè, à legalis pro iuſtus. ſyn. g.
Legales leaûls. vnde deleal deleaûls.
Regalis rôial. regales rôiaûls
Animalia, animaûls. Sic
Seignourial ſeignouriaûls à ſignatorialis. Nã ſignator ſeigneûr & ſeigneûr, ſyn. at. & ſeicûr, ſyn. gnat. pro domino dicimus.
Aperire oûurir. P. 2. ſync. e
Apertus, a, um, oûuert, oûuertè. & apert pro celer, vnde
Apertèment aduerbium, pro celeriter.
In his omnibus, & id genus reliquis, l retineo, quod id videã quoque ſeruari, quoties o vel u ante l ſine medio fit oû vel eû, & u oû, vt — A in ou

Pollex poûlcè.
Color coûleûr.
Coluber coûluu-rè. vel couleûu-rè.
Molere moûldrè.
Volo, g-è veûl.
Velle voûlôir, o præſentis repetito. etiã pro volũtas.
Culpa coûlpè
Solus ſeûl
Dolor deûl pro luctu
Oculus eûl, ſyn. cu
Pulſare poûlſer.
Pulſus us poûlſe & poûls.
Vltra oûltrè.
Multus moûlt.
Culter coûltrè.
Cultellus coûltel, Picardi. coûlteau, Galli.
Feniculus fenoûl, ſyn. ic
Geniculum genoûl. ſyn. ic

Et alia conſimiliter permulta, quæ omniũ conſenſu l retinẽt. In al vero, l in u mutatum videri poſſe, & ex al factã diphthongũ aû, ſuſpicio eſt: præſertim cũ videã l ipſum in aû, à Gallis ſæpenumero cõuerti, maxime quum e, vel à Latinis, vel à Picardis ipſi l præponitur. vt

Bellus bel, Pic. beaû, Gal.
Pellis pel, Pic. peaû, Gal.
Cultellus coûltel, Pic. coulteaû, Gal.
Caſtellũ caſtel, Pic. caſteaû, Gal.
Cerebellum ceruel, Pic. cerueaû, Gal. vel cum vtriſque ceruellè, ſyn. e
Vitulus vel, Picard. veaû, Gal.

Et alia ſimili modo permulta, de quibus poſtea in canone 36. & 37. Adde quod à ſalſus ſalé dicim⁹, & ſalè, Pic. ſâûè pro ſordido. Vnde exâuer dicunt mulierculæ, cũ linteorũ ſorditiem craſſam eluunt.

aû in o

aû & o Latinis inuicem tranſeunt.

9

Plaudo & plodo, vnde compoſita explodo, cõplodo.

Claudius & Clodius.

Plauſtrum & ploſtrum.

Clauſtrum & cloſtrum.

Fauces, à quibus præfoco, ſuffoco.

Aurata piſcis ab auri colore, cuius amator Sergius, orata dictus eſt, ab oro, quod pro auro vulgo dicũt. Macrobius. D'oradè, Narbonenſibus dicitur.

Plotus primo, poſtea Plautus. Calep.

Ocha ab ὁ χήρ, id eſt anſer, n abiecto, & articulo cũ nomine compoſito.

Quidam o in au vertentes, aucha dicunt. Calep.

Sic aû in o Galli ferè conuertunt, vt

Aurum or.

Aurifaber orfeu-rè. B. 1.

Deaurare dorer. ſyn. e

Theſaurus theſor.

Theſaurarius theſorier. non cum r, threſor threſorier. Sed Theſaurizare theſaurizer. quia (opinor) ex Græco fonte id, haud ita pridem docti hauſerunt.

Cauſa cose, Pic. cose, Gal. caûſè Aquitani & Narbonenſes pro res.

Caûſè etiam tam Pic. quàm Gall. ſed ferè pro materia, forma, efficiente, fine.

Audire oir, ſyn. d. & aûir & oûir. O. 5.

Auricula orelè. ſyn. cu. I. 2 vel orellè à diminutiuo ficto auricella, vt

Auicula auicella aûcel. primum ſyn. i, deinde ocel Pic. oceaû Gal. & oîceaû. & inde ocellier ab auicellarius pro aucupe. O. 7.

Claudere clorè. ſyn. de, vbi r ſonũ habet eum, quem in principio dictionis: vel clorrè gemino rr epentheſi dicas.

Clauſtrũ cloſtrè vel clôiſtre O. 7.

& clos à claûſũ, pro orto.
Pauper pou-rè, P. 2. vel paû-u-rè.
Paulus pol.
Sãctus Maûrus, ſaînct Mor
Maûrus, maûra, um, gentile, Morè.

Cæterũ vti aû in quibuſdam quoque interdum ſeruatur, vt audire aûir, pauper paû u-rè: Sic rurſus o factũ ex aû, ſæpe in oû vertimus, O. 5, vel in eû, O. 6, vt
Cauda c̃oè, ſyn. d. ſæpius tamen coûè & c̃eûè.
Caudatus, a, um, c̃oé, ſæpius coûé. Inde
c̃oûard c̃oûardè, pro timidus, a, um, quaſi qui trahit caudã & ſibi poſt principia cauet, vltimus in bello, vt primus ſit in fuga, Xerxis Perſarum regis imitatione.
Clauus claû. ſæpius cloû, Gal. cleû, Pic. à quo
Cloûer & enclôuer illi. hi cleûer & encleûer dicunt.
Audire aûir, oir, & oûir.
Aucha vel ocha, aûè, oûè, oîè. O. 7. eûè, Pic.

E Latinis quandoque tranſit in a, vt — E in a
Sero ſatum ſatu. Reor ratum. Priſc. — 1

Sic e in a Galli ſæpe commutant, vt

Per præpoſitio, par.
Perfectus parfaict. Sic ferè exper compoſita.
Marc̃ant, id eſt mercator, & ambulans à mercans.
Marc̃er, id eſt ambulare, à mercari, fortè quia Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Marc̃ander autẽ, id eſt emptionem curare & emere.
Marc̃andiſè, id eſt merx, & mercatus.
Mercarius autem mercer.
Mercatus marc̃ẽ, id eſt forum, vel pretium. quod & marcer à mercari dici poteſt. canone 30.
Videns vôiant.
Sapiens ſau-ant. P. 3.
Dormiẽs dormãt. & reliqua ferè participia in ns, à verbis ſecũdæ, tertiæ & quartæ coniugationis in ant, quomodo à verbis primæ terminamus.
Sed prudens prudent, nomẽ participium ſonans, vt

Negligens negligent.
Diligens diligent,& alia quædam
Absens absent.

Præsens præsent.
Potens verò,puissant:tanquam a possens.

E in i 2

E,Latini in i sæpe conuertunt,vt

πλέκω plico
Eo iui
Queo quiui

Moneo monui
Lego diligo.
Rego dirigo.

É quoque,i loco fuit.vt Menerua,Leber,magester,Dei-oue,vei-ouc,pro Minerua,Liber,magister,Dii-ouè,vii-ouè. Fabius lib.primo,cap.6.

Famel item & Famelia dixerunt veteres: nũc e in i,familia.

ἐρίφος id est infans,brisau id est vorax,à consueta puerorum voracitate.

Galli quoque nonnunquam e vertunt in i,vt

Legere lirè.
Lectus lict.
Dilacerare,decirer.sync,la
Precari prier.sync.c
Cera cirè.
Tegula tiulè,syn.g. vel tuilè metath.u & i,Vel sync. e g.V.11.
Gehenna gehinnè.
Pergamena parcemin,G.1.
Venenum venin.
Venenosus venimeus.
Ebrius iurè.B.1.
Racemus raîcim, vel recim,

vel rôicim.
Sarracenus sarracin.
Temo timon.
Tapes tapis.
Andegauensis Angèuin, sync.de.
Pictauensis Pôictèuin.
Bellouacensis Beaûuecin, sync.lo.
Nisi malis hæc fieri à fictis nominibus
Andegauinus, Pictauinus, &c.vt
Parrhisinus,Patauinus.

Huius autem mutationis causam hinc natã opinor, quòd prisci grammatici(vt Fabius testatur) ostenderunt sonum quendam medium inter e & i. Vnde factum est, vt alii e, alii i vsurparent in iisdem dictionibus, velut heri & here, vesperi & vespere,luci & lûce,tempori & tempore. In qui-

bus aduerbia ſono vocalis, à nominibus diſcernebantur. Here vero, nũc e littera terminamus. Heri autẽ veteres comici dixerunt. Vt contrà, Meſſala in libro de h litera, ſibe & quaſe ſcripſit: nunc autem ſibi & quaſi dicimus. Hæc ferè Fabius lib. primo, cap. 13. Quid quod hodie in Latina & Gallica Scotorum & Anglorum pronuntiatione, i propemodum pro e audimus?

E, Latinis in o interdum conuertitur, vt — E in o 3

Tego toga — Secors ſocors, veſter pro voſter.

Forte Græcorũ imitatione, qui nomina ex verbis diſſyllabis e in ſyllaba priore habẽtib⁹, deriuata formãt, e in o verſa, vt

λέγω λόγος — τρέχω τρόχος, id eſt turbo & curſus, trot. C. 5.

νέμω νόμος

φέρω φόρος — Vnde troter, pro currere.

φένω φόνος — τέμνω τόμος Vrbanus.

Sic Galli e in o mutant, vt ergo or, heres hor vel hôir. E. 6.

E item in u Latinis mutatum inuenimus, vt — E in u 4

Doceo docui.

Moneo monui. — rundiis, gerundiuis, & parti

Doleo dolui. — cipiis in dus verborum ter-

Tego tugurium. — tiæ & quartæ. In quibus u

Faciundi, dicundi, legũdi, — pro e ſcriptũ inuenimus. vt

vertundi, gerundi, repetũdi, — Lectus luct & lict

do, dũ: & ita in reliquis ge- — Electus eluct. quidã lu elu.

Quam mutationem poſtremam, ſermo Gallicus raram habet, vt apoſtema apoſtumè — Fœmella fumellè

Thema thumè. elegantiores etiam themè apoſtemè — Præpoſit⁹ pruuoſt, à præpoſtus. P. 2.

E Vocalem, i nonnunquam ſibi in tranſformandis vocibus latinis præpoſuit, vt — E in ie 5

Petrus Pierrè, Maſc. — Vetulus, a, um. viel, vielè: ſync. tu.

Petra Pierrè, fœm. — Tepid⁹, a, um, tiedè. ſyn. pi.

Ferus,a,um,fier, fierè,vel à ferox,apoc. us vel ox.
Calum ciel.
Pes pedis,pied.
Mel miel
Fel fiel.
Heri hier vel metath. r.
Tepidus,a,um,tiedè

E in êi 6 Græcam diphthongum ει,nunc in e,nunc in i longa Latini ſæpe commutant,vt

Καλλιόπεια Calliopea
Δηιόπεια Deiopea.
τροφεῖον tropheum.
χορεία chorea. in hoc tamen e eſt anceps.
ἐλέγεια elegia.
νεῖλος Nilus
εἰσαγωγή iſagoge.
βραβεῖον brauium
ἀργεῖος Argiuus
γραφεῖον graphium
φειδίας phidias
Adhæc ἀρ & ἀνί pro ἐρ dicũt poetæ Græci.

Nos contrà,e Latinorum ſæpius longum, aliquando tamẽ etiam breue,in êi diphthongum mutamus,vt

Auena auêinè
Frenum frêin.
Plenus,a,um,plêin,plêinè.
Ren renis,rêin.
Ingenium engêin.
Strena eſtrêinè.

Au-ôine tamen quidam dicere malunt,Nam

E in ôi 7 E in ôi,deprauata, opinor,natiua eius pronũtiatione Galli perſæpe mutant,vt,

Tela tôilè.
Stella eſtôillè.
Seta ſôiè.
Sericum ſôiè.
Serum ſôir.
Debeo,g-è dôi.
Directus, a, um, droict. droictè. ſync. i
Tectum tôis,& tect.
Velum vôilè.
Vere vôirè.
Rex rôi.
Lex lôi.
Amabam âimôiè,
Videbam vôiôiè.
Legebam liſgôiè,
Dormiebam dormôiè.
Amarem âimèrôiè,
Viderem vôirôiè,vel verrôiè
Legerem,lirôiè. ſyn. ge.
Dormirem dormirôiè.

Similiter in cæterorũ verborum præteritis imperfectis in-

dicatiui, & præsentibus ac præteritis imperfectis optatiui: in quibus e postremum sustulissem (quòd illud nec secunda, nec tertia personæ singulares retinent: quum tamen à prima formandæ sint, addendo s pro secũda, & t pro tertia: vt in verbo docemus) nisi altius in Gallorũ sermone hæsisset. Sic habere, hauôir: & ita in infinitiuis secũdæ cõiugatiõis. Quid quod hæc diphthõgus pro e supposita Parrhisiẽsibus adeò placuit, vt ipsarum quoque mutarũ voces in e desinẽtes, per ôi Parrhisienses corruptè pronuntient, bôi, côi, dôi, g-ôi, pôi, tôi, pro be, ce, de, ge, pe, te? Quo minus mirum est Gallos pronomina môi tôi sôi pronũtiare. Desinant igitur Picardis, puritatẽ linguæ & antiquitatem integrius seruantibus illudere Galli, quòd dicant mi, ti, si raro: & mè, tè, sè, à mihi vel mi, tibi, sibi, vel ti, si, analogia primæ personæ. Quanquam môi. tôi, sôi, tolerabiliora sint, & forte Græcanica, vt in pronomine ostendimus. Neque posthac in Normanos cauillentur, omnia hæc prædicta & consimilia non per ôi, sed per e pronuntiantes, telè, estellé, sèè, ser, dé, tect, velè, verè. ré, lé amèè, &c. aimèrèè, &c. Quam pronuntiationem velut postliminio reuersam hodie audimus in sermone accolarum huius vrbis, & incolarũ, atque adeò Parrhisiensium. vt verum sit Horatianum illud, Multa renascentur, quæ iam cecidere. Esse quid hoc dicam? pro stella, estôillè dicunt adhuc nonnulli. pro stellatus autem si quis estôillé, non estellé, pro adueratus (sic enim pro asserta re & affirmata loquũtur) au-ôi ré, nõ au-erè: endôibté ab indebitatus, id est ære alieno oppressus, non endebté: sôietè, non seeté, diminutiuũ à sericũ pronuntiet, omnes risu emori, & barbarum explodere.

Ευς Græci in ως mutant, & Latini eûs in ei. vt, E in eu 8

ὁ ὀρφεὺς τοῦ ὀρφέος: hic Orpheûs Orphei

ὁ πηλεὺς τοῦ πηλέος: hic Peleus Pelei &c. id genꝰ similiter.

Quinetiam nominatiuus horum nominum in ευς vel ως

Græcis & in eûs vel eus Latinis maxime poetis exeunt.
Huc pertinet quòd multa eorum quæ Græci in ευς, & Latini in eûs terminant, ipsi etiam Latini in es finiunt, vt
ἀχιλλεὺς, Achilleûs, Achilles.
ὀδυσσεὺς, Odisseûs, Vlysses.
Περσεὺς, Perseûs, Perses.
Magna igitur est ευς vel eû cum e affinitas.
Ob id e in eû Galli interdum transmutant, vt
Debitus, a, um, deû, deûè.
Debitum, Deû, vel deût, vel debtè.
Debitè, deûement.
Receptus, a, um, receûpt, receûptè, vel recut.
Receptus, us, receûptè.
Conceptus, a, um, conceûpt, conceûptè, vel conçut.

eû in u — eû in u postea in V. 9.

I in a — I apud Latinos in a transit, vt
Siquis siqua
Paulus, a, um, pauli, inusitatum à quo paulatim
Frustillum frustilli, frustillatim
Velum veli, velatus.
Pilum pili, pilatus.
Pero peronis peroni, peronatus.
Populus populi, popularis.
Singulus, a, um, singuli, singularis.
Genus, generis, generi, generatim.
Rex regis, regi, regalis.
Vox vocis, voci, vocalis.
Mors mortis, morti, mortalis.
Nix niuis niui, niualis.

Sic nos aliquando i in a vertimus, vt
Lingua languè.
enim ea cum articulis & ſubſtantiuis, affirmando: ſed interrogando & reſpondẽdo, ſine vtriſque, ſaltẽ expreſſis, vt meus amicus mon vel le mien ami. mea amica, m'amiè, vel la mienè amiè. Cuiꝰ eſt iſte liberꝰ a qui eſt chè liu-rèꝰ re ſpõdes, ille eſt meus, il eſt mien. non autẽ mon: niſi dicas, hic eſt meus liber, ch'eſt mon liu-rè. Eſt ille Tuꝰ? eſt il tiẽ? ille non eſt tuus, ille eſt ſuus: il n'eſt pôint tien, il eſt ſien. amor meus erga te, le miẽ vel mon amôur enu-ers tôi. (ſic enim ab in & verſus dicimus, vt in præpoſitione audies.)

Sed meum, tuum, ſuum, neutra ſubſtantiua: pro res mea, tua, ſua: mien, tien, ſien, tantummodo dicimus, vt hoc nihil eſt tui vel de tuo: che n'eſt rien du tiẽ. hoc eſt de meo, non de ſuo: ch'eſt du mien, non du ſien. At vide ne hallucineris, & quæ Latinis fœminina ſunt, hoc genus perpetuũ apud Gallos retinere putes. Vt enim illi, mea, tua, ſua patria: ſic non dices, ma, ta, ſa, ſed genere maſculino, mon, ton, ſon pai. Quæ alia genus ſuum non ſeruant, partim prius in genere nominis diximus, partim in Etymologico dicemus.

Noſter noſtra noſtrum, nõſtrè, dè nõſtrè, a nõſtrè, nõſtrè. Plur. nos, de nos, a nos, nos. vel nõſtrès, de nõſtrè &c. aliqua tamen differentia, vt mox audies.

Veſter veſtra veſtrum, võſtrè (veteres enim, vt eſt apud Plautum, ſæpius voſter voſtra voſtrum dixerunt) dè võſtrè, a võſtrè, võſtrè. Plur. vos, de vos, a vos, vos, cum ſubſtãtiuo poſtpoſito, vt, nos amis: de vos amis. Præpoſito autem, aut ſuppreſſo, nõſtrès, võſtrè. vt, les terres ſont nõſtrès. les bôis ſont võſtrès. Ils ſont nõſtrès, võſtrès: facta prius mentione librorum, vel rerum aliarum.

Ita enim quoties poſtponimus ſubſtãtiuũ, loquimur noſtri & veſtri amici, nos & vos amis: noſtræ & veſtræ literæ, nos & vos lettres. Si verò intelligatur ſubſtãtiuum, vel præpo

natur noſtrès voſtrès toto plurali dicimus. vt ſi roget quis, cuius ſint hi libri? qui ſont chès liu-rés? reſpondeo. Chès chi ſont noſtrès, ches la vel cheûs illec ſont vòſtrès.

Subit hoc quoque loco admirari publicum vulgi Gallorũ errorem, qui hũc pluralem noz, voz, cum z, pro nos vos ſcribant, accita litera peregrina, vbi ſua vti poterant: quũ tamen illa z (vt initio docuimus) ad vſum dictionũ apud Græcos per ζ ſcriptarum, vt Latinis, ita nobis conceſſa ſit.

Adde quod vt Latini, noſtrum etiam ac veſtrũ, pro res noſtra & veſtra, ſubſtantiua faciunt: ſic & nos, ſed voce Gallica non mutata. che n'eſt rien du noſtrè, oû du voſtrè. ab, hoc non eſt res de noſtro, vel de veſtro.

Tibi vero memoria non excidat quod iam eſt ſæpius repetitum, præpoſitiones accuſatiuo & ablatiuo pronominũ, vt nominum, à Latinis adiunctas, à Gallis exprimi. vt, inter meam matrem, entrè ma merè. prope tuum patrem, pres ton perè. per ſuum campum, par ſon champ. de tuo loco, de ton lieû. in tua domo, nos à manſio, en ta mâiſon, &c. ſuo modo.

Noſtras & veſtras exprimimus per noſtrè voſtrè: vel per des noſtrès, des voſtrès: vel per de noſtra, veſtra patria, villa, nation, parte, ſecta, farina, factione, &c. Tu es noſtras: ſi ſignifico noſtræ patriæ: dicam, dè noſtrè pài, oû, des noſtrès. Ego ſum veſtras: ſi ſignifico, veſtras partes tutor: g-è ſuis des voſtrès, vel de voſtre part, oû partiè.

Vt Latini carẽt pronominibus gentilibus, & patriis à meus, tuus, ſuus: ſic Galli caremus. Sed eam repræſentamus per meus, tuus, ſuus: mien, tien, ſien, vel, de meis, tuis, ſuis: des miens, des tiens, des ſiens. vel, de mea, tua, ſua patria, villa: de mon, ton, ſon pài: ma, ta, ſa villè.

Quis quæ quid, qui: & à qualis quel, quelè pro fœminino. qui: què, quel, lequel. cuius, dè qui; dequel duquel. cui, a qui, a quel, aû quel. a quo, à quôi. (quod etiã pro quid

dicimus) a qui: de quo, du quel. Interrogatiue & infinite, vt quis est hic? qui est chè? Qualis homo est? quel homè? Quæ fœmina? qué femmè? vel quellè femmè: Infinite, vt, nescio quis est: qui est chè. Qualis homo est, quel homè. Sed relatiue qui pro omni genere, vel pro masculino & neutro, lequel, ab ille qualis. Pro fœminino, laquellè, ab illa qualis. aliquis aûlc' un, ab aliquis vnus: vel quesc' un, à quisquam vnus. g-è n'en hâi quesque, à, nõ inde habeo quenquam, vel quidquam. Il n'i entrat homè quesquè, qu'il sôit: ab, ibi, id est eo nõ intrabit homo, quisquis sit. Quicũque, quicunquè. Vnusquisque, nos quesc' un, à quisque vnus, & vn quesc' un, Galli autem chesc' un.

De verbo.

VErbo accidunt septem: qualitas, genus, numerus, figura, tempus, persona, coniugatio. Nec me latet speciẽ addi à Nebrissensi, Nigro, Aldo, quam nos Donatum & Seruiũ sequuti, sub qualitate, vti modum, continemus. præsertim quũ Diomedes qualitatem vocet speciem: licet idem modum à qualitate separet. Sed Priscianus pro qualitate, modum, id est inclinationẽ & nunc formam, nunc speciem adnumerat, vti pro genere significationem, quod Græci διάθεσιν, id est dispositionẽ vocant. Sed quo feror? grammatica Latina scribo, non Gallica. Qualitas ergo est in modis & in formis. Modi, id est ἐγκλίσεις & inclinationes quædam varios animi affectus demõstrantes, nobis iidem sunt qui Græcis & Latinis, indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, coniunctiuus, infinitiuus: indicatif, imperatif, optatif, coniunctif, infinitif.

Impersonalis quem addunt nonnulli, modus non est, sed verbũ modos sortitum, personis tamen certis destitutũ: quod nos per homo hom, vel l'hom, & verbum finitum,

vt, curritur, hom c̃eûrt, id est homo currit. vt tamen in hoc singulari plurium sit significatio, pro homines currunt. Sed de hoc postea.

Gerũdia & supina, siue modi sunt, (vt nõ nullis visum est), siue verba: nos omnia per infinitiuum more Græcorum ambobus carẽtium circumloquimur: præterquam quod gerundiũ in do tam actiue quàm passiue, tum ferè exprimimus, cum velut absolute à Latinis profertur. vt, conficior amãdo, en âimand, & in amando, en âimand, vel etiã de âimer actiue, oû èl'and âimé passiue. Cecidi currendo, en coûrand, solũ. Quum vero motus à loco significatur, per infinitiuum à nobis effertur. vt, venio de amando, g-è vien d'-âimer. Quẽadmodum est tempus amandi, d'-âimer. Vado ad amandum, vel amatum: g-e vâi âimer. Non es dignus amatu, id est amari, d'-Ytrè âimé.

Gerundium in dum nominatiui casus, vti apud Latinos necessitatem significat, ita apud nos: vt moriẽdum est, id est oportet mori, il faût moûrir. Timẽdum est, il est à crâindrè.

Forma, id est Species duplex: perfecta, id est primitiua: & imperfecta, id est deriuatiua. Nos nullam formam ad viuum exprimimus: sed per alia atque alia, illius significationem circunloquimur. Nam quæ in so sis inchoatiua seu motiua vocãtur, nos per vado & infinitiuum verbi efferimus, quo modo à Latinis quoque explicantur. vt viso, g-è vâi vôir. aut visito, g-è visitè, vix aliud repræsentamus: nisi quod quidam Latinitatis affectantes in sermone nostro dicunt à lacessere lacesser, à capessere capesser, à facessere facesser, ab accersere accerser.

Verba in sco meditatiua plærũque efferimus. Quædã vero etiam per Latinorum explicationem, vt ægresco, nigresco, albesco, frigesco, calesco, id est in dies, aut in horas magis, atque magis fio æger, niger, albus, frigidus, calidus, dè

ioûr en ioûr, oû d'heûrè en heûrè g-è ſui fâict, oû g-è deuien de plus en plus maladè (à male adiutus) nôir, blanc, frôid, h caûld, & g-è nôirci, blâchi, frôidi, h caûri. de quibus in quarta coniugatione, ord. 2.

Verba in urio deſideratiua per Latinorum quoque explicationem repræſentamus. vt eſurio, parturio, dormiturio, id eſt deſidero ſeu (vt vulgus Gallorum loquitur) famem habeo eſſe, id eſt mandere, parere (quod nos in homine infantare finximus) dormire: g-è deſirè, oû g'-hâi fâim de menger, d'-enfanter, dè dormir.

Verba in to, ſo, xo, as, frequentatiua, ſi qua in vſum Gallis veniunt, ferè Latinorum ſignificationē, & terminationem apud Gallos retinent. vt cantare h canter, pulſare pôulſer, tractare trâicter, volitare voliter, halitare halèter, habitare habiter, dormitare dormiter, ſync. i. fluitare floter, vſitare vſiter, viſitare viſiter.

Genus, vt in nomine ſexum, ita in verbo ſignificationem exprimit actiuā, paſſiuam, neutram, deponētem & communem. Cæterum actiuam, paſſiuam, neutram: ſeu vt vocant Græci mediā, ſolas Galli Græcosimitati, diſtingunt: quia verbi ſignificatio in actione proprie & paſſione Priſciano authore conſiſtit.

Quin quæ Latini quinque genera faciunt, aut actionem ſolum, aut paſſionem ſolum, aut neutram, aut vtranque ſignificant. Genus autem in verbo non voce, vt Latini, ſed ſola ſignificatione, quæ & apud Latinos plurimū valet, diſcernimus.

Actiua, vti nonnunquam apud Latinos, tanquam neutra vſurpantur, quoties ſine appoſito adhibentur: ita quoque apud Gallos. vt ego amo, g'-âimè, id eſt ſum captus amore: ſeu ſum (vt Galli loquuntur) amôureûs, ab amoroſus.

Contrà vero verba neutra Latinorū, non raro in actiua vertimus, vt humêre, id eſt humidum fieri, humer. Quod

nos pro ſorbere ſolum vſurpamus: quia ſorbitione corpus humeſcit. Verba ad ſenſum pertinentia, audio, video, odoro, guſto, tango, id eſt g-ôi vel g-âin, vôi, odorè, gôuſtè, toûchè: præterea lachrymo, ploro, lugeo, f leo, timeo, metuo, g-è larmiè, g-è plorè, vel pleûrè, & eorum paſſiua: ſi vocibus contrariam habent ſignificationē apud Latinos (vt quibuſdam rem ipſam altius pendentibus nō peſſime viſum eſt) hoc eſt ſi voce actiua in o paſſionē, & paſſiua in or actionem Latinis exprimunt: eandem apud Gallos ſeruauerunt. Cætera partim in cōiugatione, partim in Etymologico admonebimus.

Paſſiuorum tēpora omnia & perſonas omnes, per ſum es eſt, & participium præteriti temporis circunloquimur. quod in coniugatione audies.

Neutra proprie ſunt Priſciano, quæ nec nos in alium extrinſecus, nec alium in nos aliquid agere ſignificant, nec egēt aliqua conſtructione caſus: ſed per ſe prolata abſolutā & plenam monſtrant ſententiam, vt reſpiro, viuo, ambulo: g-è reſpirè, vi, ambulè. Addunt grammatici quæ in paſſiua non tranſeunt. Sed nos in neutrorum familiam ea recipiamus quæ Latinis neutra cenſentur, ſeu abſoluta ſint, vt vocant, ſeu tranſitiua. Quæ neutra paſſionē voce actiua ſignificant Latinis, dicta neutropaſſiua, eandem nobis retinent, exulo, vapulo, væneo, fio: nos à ſum bannitus (bannire enim Gallis pro relegare in vſu eſt quotidiano) batutus à batuo, venditus, factus, g-è ſui banni, batu, vendu, fâict.

Deponentia dicuntur quòd ſignificatione altera cōmuniū (inter quæ olim numerata ſunt) depoſita, nūc alterā tantum ſeruant, hoc eſt vel actiuam, vt luctor, confiteor, conſolor, vtor, machinor, dominor, g-è luctè, confeſſe, conſolè, vſè, machinè, dominè: vel paſſiuam, naturalem ſcilicet, non grammaticā, vt naſcor, morior, patior, miſereor, ob

liuiſcor, recordor g-è nâi vel naſqui, mẽur, à ſuffero ſõuffrè, hâi pitiè & miſericordè, oûbliè, recordè & ſui recors. Priſcianus tamen in his quoque & aliis permultis paſſionem quoque Grammaticam ex ſenſus ipſius natura & veterum non improbanda authoritate probat. ſed hæc, Latinorum ſunto.

Communium quorundam ſignificationem, tum actiuam tum paſſiuam exprimimus, voce tamen actiua: largior, experior, hortor, interpretor, g-è elargi, & ſui elargi: g'-exprẽuu-è, vel experimentè, oû ſui exproûu-è, oû experimẽté: g'-enhortè, oû ſui enhorté: g'-interpretè, oû ſui interpreté. Reliqua per alia verba vſitatius efferimus: veneror per adoro, adorè: moror per attardo g'-attargè, & per areſter ab areſtum. Tamen demoror dicimus, g-è demoûrè O. 5. & 6. Oſculor, nos à baſiũ baſiare bâiſer. Criminor, nos blâſmer à βλασφημεῖν. Amplector, nos embracher ab imbrachiare, id eſt brachiis circunligare. Hoſpitor, g-è logè, & ſui logé, à locare.

Numerus verborũ nobis, vt Latinis, duplex: ſingularis, vt ego amo, g'-âimè: Pluralis, vt nos amamus, noûs âimons.

Figura duplex vt Latinis: ſimplex, vt amo, g'-âimè: compoſita, vt redamo g-è râimè.

Verba autẽ cum variis partibus orationis à Latinis cõpoſita ferè retinemus, vt multiplicare multiplier, duplicare doûbler, & alia in Etymologico.

Adde quòd quemadmodum Latini verba formant velut à voce ſecundæ imperatiui perſonæ, vt calefacio, frigefacio, tremefacio, id eſt calere, frigere, tremere, vel calidum, frigidum, tremulum facio: Sic nos, tanquam à Gallica imperatiui voce, & nomine, fingimꝰ nomina. vt à cooperi, cueûu-rès: & caput, ſeu κεφαλὴ cef vel ceph, nos ceûu-rè cef, id eſt velũ capitis vocamus. A ſtypa pro ſtupa, eſtoûpè, & naris nar vel narè, nos eſtoûpènar vel eſtoûpènarè,

pro eo omni obice quo vasculorum oscula obturantur. A caliga ĥcaûcè vel ĥcaûlcè, & pes pedis, pied, nos ĥcaûcè-pied, instrumentū corneum, ferreū, vel alia constans materia, pedibus in calceos immittendis idoneum, vt canone 29 docui.

Tempus nobis quotuplex Latinis est, sed non per omnes similiter modos. Nam imperatiui futurum, quod sciam, non exprimimus, nisi vt quibusdam videtur per voces præsentis, adiecta oratione hac, tempore futuro, lè tēps adu-enir, ab aduenire, vel simili. Sed vt nos Latini eo vincant, vincuntur quoque à nobis vno præterito. Quandoquidem vt ἀόριστος, id est indefinitum tempus Græcis rem quidem perfectam significat, sed tempus non determinat, an nuper modóue, an pridem perfecta sit, nisi aduerbia ἄρτι, id est nuper, πάλαι, id est olim adiiciantur: Sic præteritum perfectum Latinorum. Quoties igitur tam ἀόριστος, quàm præteritum Latinorum citra vllam temporis determinationem vsurpantur, ambiguam faciunt significationē temporis præteriti, aut iandiu, aut modo, adeò vt pro præterito plusquamperfecto nōnunquam accipiatur, vt apud Virgilium, Lauináque venit Littora. Et alibi apud eundē, Cecinit quæ prima futuros AEneadas magnos. pro venerat, cecinerat. Sed hoc discrimine, quòd præteritum plusquamperfectum per se rem iandiu perfectam significat. Præteritum perfectum, ex adiectione (vel sensus necessitate, temporis definitionem desiderat.

Præterea vt παρακείμενος Græci, id est præteritū perfectum & tempus rei modo factæ adiacens, rem nunc factam ostendit: ita Gallis suum est præteritum perfectum simplex, quo rem diu præteriisse significant, vt amaui, g-âimâi: feci, g-è fi: fui, g-è fu: volui, g-è voûlu, &c. Cuius temporis vestigium in optatiuo & cōiunctiuo quoque seruamus,

vt poſtea ſuo loco dicemus. Sed tritã Latinis præteriti perfecti & vulgarem ſignificationẽ circunloquimur per habeo & participium præteriti temporis, verum vel fictum. vt, amaui, g'-hâi âimè. feci, g'-hâi fâict. volui, g'-hâi volu, &c. ab habeo amatum, factum, volutum. De his poſtea.

Perſonæ vt Latinis in vtroque numero ſunt tres, ita Gallis prima, vt ego Amo g'-âimè. ſecunda, vt tu amas, tu âimès. tertia vt ille amat, il âimèt. Sed imperatiui vtrunque tempus Græcis, Latinis, & Gallis prima ſingulari deficit.

Vt Latini tertias plurales præteriti perfecti perſonas duplices ſortiti ſunt, & Græci ſuas prope omnes ſecundum varia idiωmata varias habent: eodem modo Galli quorundam temporum, maxime præteriti imperfecti indicatiui, optatiui & coniunctiui, apud gentis ſuæ varios populos, perſonas eaſdem varie & ſonãt & ſcribunt, tam ſunt vulgo corrupta confuſáque omnia ſermonis Gallici veſtigia: ob id, opinor, quòd & artem ſuæ linguæ aliquam eſſe neſciunt: aut ſi eſſe ſciant, quæ tamen ſit, penitus ignorant. Neque mirum, nulla enim: quod ſciam de ſermonis Gallici proprietate ſcripta in hũc vſque diẽ aut vidi, aut à quoquam viſa audiui. Nos tamen, Deo opt. max. noſtra incepta ſecundante, operã daturi ſumus diligentẽ, vt lingua Gallica quàm maxime ſimplex ſit & pura, Latini ſermonis imitatione, ex quo maxima ex parte Gallicus defluxit: poſſítque & legi & intelligi non multo minori integritate, fide, compendio, facilitate, quàm Latinorum muſæ omnino caſtiſſimæ, puriſſimæ, conſtantiſſimæ.

Coniugationes, ſi libet Donati more, per infinitũ diſcriminare, nobis vti latinis erũt quatuor, non, vt illis, per vocalem ſeu longuam ſeu breuem ante re poſitam diſcretæ, ſed per vocalem vel ſyllabam poſtremã: vt primæ in-

finitiuus sit in er, A. 1. secundæ in ôir, E. 7. tertiæ in rè, syllabam infinitiui. quartæ in ir apocope literæ e. Audio à nonnullis dici proprium primæ præteritum semper in âïas, at: secundæ in eû eûs eût: tertiæ, vt plurimum in i, is, it: quartæ in i, is, it. Quod quàm sit incertum, præsertim in secunda, postea patebit.

Neque tamen putes nos verba omnia in eandem cum Latinis coniugationem referre. Quædam enim apud eos primæ, nos secundæ, vel tertiæ, vel quartæ, ascribimus. & cõtrà mutuus est nobis verborum transitus in alias atque alias coniugationes, idémque diuersas à Latinorum obseruatione. Id quod in Etymologico planissime discernimus. Quam rem mirari desines, si Latinos quoque verbũ idem in varias referre coniugationes aduertas, dum feruco & feruo, caueo & cauo, fulgeo & fulgo, oleo, & olo, parere & parire, orior oreris vel oriris: & alia permulta vsurpant, præsertim poetæ. Id quod prope vniuersum, in ipsa mox futura verborũ coniugatione docuero, si modo prius canonas quosdam statuero, ad facile ac fideliter cõiugandum, non inutiles.

Regulæ communes omni coniugationi.

Primæ singulari personæ secunda semper addit s: tertia, t, in omni tempore integro, & nobis non circunlocuto. Sed si prima finitur âï diphthongo, i plerunque abiiciendum est, vt habeo g'-hâï, tu has, il hat. & in omni futuro indicatiui similiter, de quo postea. Quædam tamen i retinent in præsenti, vt facio g-èfaï, tu faïs, il faït. habeo odio, pro odi g-è haï, tu haï, il haït. sed hoc differẽtiæ fortassis gratia.

Prima pluralis vt apud Latinos in us, ita nobis semper in ons exit, opinor pro oûs V. 15. Vnde fieri potest vt pro oûs primum eris pronuntiauerint: glisscente vero & increscente paulatim corruptela, u diphthongi in n verso,

ons pro oûs pronuntiari cœptum sit. Quidam præteriti imperfecti indicatiui, & optatiui eandem terminant in iemes. V. 2.

Secunda pluralis semper in ēs exit, vt amatis voûs âimēs, amabatis voûs âimiēs, amabitis voûs âimerēs, amate âimēs. &c.

Tertia pluralis ferè in ent finitur, adiecto videlicet n tertiæ singulari, more Latinorum: sed id maxime in prima coniugatione: in aliis multa euariant. Vt enim illi, ab amat amant, ab amabat amabant, ab amaret amarent, ab amet ament: Sic nos ab âimèt âiment, ab âiment âiméèt, ab âimerēt âimerent, cum Northmanis in his duobus temporibus, id est præterito imperfecto indicatiui & optatiui integrioribus. vel cum vulgo âimôit, âimôint, âimerôit, âimerôint. Quod t quia nōnulli ægrè pronūtiant, è præterea adiiciunt, dicentes âimerentè, & cætera similiter. Sed apud quosdam Galliæ populos hæc persona tertia in ont exit, in quam vocem tertia pluralis futuri indicatiui omnium coniugationū semper finitur. Si verò tertia pluralis Latinorum tertiam singularē superet, vt in præterito perfecto indicatiui, tunc Latinos imitati, non solū n adiicimus, vt in coniugatione patebit.

Thema verbi apud Gallos variū est, ob id te exemplis quàm plurimis mox exercebo. Sed primæ thema, semper in è: quo in é verso, habes participium præteriti temporis: cui adde r pro infinitiuo.

Præsens indicatiui, imperatiui, coniunctiui: futurum quoque imperatiui & optatiui in prima coniugatione, & plærunque in aliis, apud Gallos voce non differunt: significatione (vti apud Latinos) differunt.

Præterea imperatiuus prima singulari deficit: & pronomen suppositum, quod vocāt, personis solum tertiis admittit.

Reliqui modi omnibus: perinde ac si diceres, ego amo, tu amas, ille amat, &c. sic nos, g'âimè, tu âimès, il âimet,

Præteriti imperfecti terminatio, é, és, ét: vel éè, éès, éèt. Pluraliter, éons vel èémès, èés, éènt: quibusdã eont, a vtroque in e verso in prima coniugatione: in aliis, a quoque (quod vnicum est) in e: & e, quod præcedit, seruato. syncopa b.

Similiter præsens & præteritũ imperfectũ optatiui, & coniunctiui præteritum imperfectum terminatur ré, rès, ret, remès vel reons, res vel ries, rent vel réènt. Sed r, Latinorum imitatione, seruauerunt.

Quæ inclinatio vt Latinis proxima & Northmanis Galliæ populis septẽtrionalibus vsurpata, mihi multo magis placet, quàm quæ vulgo reliqua propè Gallia celebratur, per o: vel ôiè, ôis, ôit, ions, iès, oiênt vel iênt, vel iônt. quanuis non ignorem e Latinorũ in ôi Gallos sæpe vertere, vt tela tôille, velum vôilè, &c. E. 7.

Præteritum perfectum pridem, quod vocem præteriti Latinis vsitata proxime imitari diximus, primæ quidem coniugationis ferè terminatur in âi, as, at, amẽs, atès, arẽnt, ablata syllaba ui & ue, quæ Latinis tam in hoc tempore quàm in aliis ab hoc formatis, cũ scilicet adsunt, sæpe expunguntur. Quibusdam autem magis placet exterendo au-ipsum finire in i, is, it, imès, itès, irènt. Quibus suffragatur coniugatio proprii præteriti perfecti & plusquam perfecti optatiui: de qua postea. Vtrunque Parrhisiis vulgo pronuntiari audies. Sed prior à pluribus probatur, quòd Latinorum imitationi sit propinquior. Aliarũ vero cõiugationum huius præteriti terminatio varia est: sed ferè in eû, i, u. quod verba conlugando haud ita mul to post deprehendes.

Præteritum perfectum seu modo seu pridem, hoc est indefi-

nitum & indeterminatum, quale Latinis ſuũ eſt præteritum perfectum, & Græcis vterque aoriſtus, & ſex tempora ab eo formata : Galli per participium præteriti temporis, & verbum habeo habes frequentiſſime in actiuis, in quibuſdam neutris per ſum es eſt circũloquuntur, vt amaui, g'hâi âimé, amauiſti tu as âimé, amauit, il hat âimé. Pluraliter noûs hau-ons aimé, voûs hau-ès âimé, ils hont âimé. In qua circumloquutione, danda opera eſt, vt participii vox, generi & numero ſubſtantiui vel additi vel intellecti reſpondeat. Quum ergo amatus & amatum ſit Gallis âimé : Pluraliter amati amata, âimés: Si amaui vel amauimus hominem vel metallum dicas, nos, g'hâi vel noûs hau-ons âimé, ab habeo vel habemus amatum hominem vel metallum. Si pluraliter, amaui homines vel metalla, dicemus, g'hâi âimés les homès oû les metaũs, ab habeo amatos homines, amata metalla. Quum autem fœminini amata ſignificatio ſit âiméè, addito ſcilicet è maſculino : Pluraliter amatæ âiméès: amaui vel amauimus fœminam ſi dicas, explicabis g'hâi, vel noûs hau-õs âiméè la femmè, ab habui vel habuimus amatam fœminam. Si Pluraliter amaui fœminas g'hâi âiméès les femmès, ab habui amatas fœminas. Ac in cæteris verbis & temporibus à præterito formatis ſimiliter. Ita ſcilicet vt vox Gallica participii reſpondeat generi Gallico & numero ſubſtantiui vel additi vel intellecti. Quæ res non perinde noua & abſurda quibuſdam videbitur, ſi rem altius expendant, & ſi conſiderent in paſſiuis idem etiam vulgo obſeruari. Si enim vir dicat, amor, quia nos id per ſum amatus reſoluimus, dicimus, g-è ſui âimé : ſi fœmina dicat, amor, quia ſum amata exprimimus, Gallice dicet eadem, g-è ſui âiméè : & nos illi tu amaris, tu es aiméè.

Sed quis vnquam (inquies) audiuit hũc ſermonẽ? g'hâi re

ceû ptès tes letres, ab habeo receptas, id eſt accepi, tuas literas. Aſſueſce artē imitari, vſu multo auribus tuis ſuauius inſonabit. Huius autē aſperitatis opinio tibi forte hinc naſcitur, quòd in coniugando præteritum perfectum, & ſex tempora ab eo formata verborum in or, & quorundam in o, falſo æſtimas participium præteriti tēporis (quod in id mutuamur) eſſe Latinis vnius tātū vocis, & Gallis quoque Latinos ſtudioſè imitātibus, vna tantū terminatione finiri debere. Sed fœdiſſime laberis, nec amor præterito perfecto, facit tantum amatus ſum vel fui, ſed amatus amata amatum ſum vel fui. Plu. amati amatæ amata, ſumus vel fuimus. ita in reliquis eius perſonis & tēporibus, quæ Latini circumloquuntur, inclinare Aldus te docebit.

Eſt præterea nobis tertiū præteritum, maxime omniū perfectā rē ſignificans. Quod nos in præteritis per habeo circūſcriptis efferimus per habeo & eius participiū præteriti tēporis heû, & participium verbi quod cōiugamus. vt g'hâi heû faict, g'hâi heû âimé. ſic in optatiui præterito perfecto & pluſquam perfecto g'heûſſe heû faict, g'heûſſe heû âimé, tanquam habeo & habuiſſem habitum, factum, vel amatum dixeris. Et in aliis ſimiliter. Adhæc per propriū præteritum verbi habeo cum participio verbi cōiugandi, rem maxime perfectā, ſed ferè olim, ſignificamus: g'heû, tu heûs, il heût faict, âimè. Quod quartum eſt Gallorū præteritum perfectum indicatiui.

Adde quòd hoc tempus interdum vſurpamus cum aduerbio temporis propinqui pro futuro perfecto (de quo mox dicemus) Latinorum vulgus ſequuti. Vt enim dicūt, ego nūc feci, pro fecero: ita nos, g'hâi mâintenant faict, pour g'harâi vel g'haû râi mâintenant faict.

Præteritum pluſquamperfectum circūloquimur, vt dictum eſt: ſed per habebam & participium præteriti temporis. vt

amauerã g'-hâiu-ôi, vel g'-hauéè âimé, tu hau-ées âimé, il hauéèt âimé. Noûs hauéèmès âimè, vous hau-ées âimé, ils hau-éènt âimè. vel si vulgi vsus tibi suauius arridet, dicas licet, g'-hauôi, vel g'-hauôiè, tu hauôis, il hauôit. noûs hau-ions, vo⁹ hau-iẽs, ils hau-ient vel hau-iont vel hauôiènt.

Futurum Latinis vsitatissimum (quod imperfectum esse docet Nebrissensis, quia rem perfectam iri non significat) per futurum cõiunctiui (quod ille Latinis futurum perfectum esse affirmat: quum per se pronũtiatur, vt amauero) syncopatũ exprimimus. Pro amabo enim, amauero, & inde amaro, nos, g'-âimèrâi, tu âimeras, il âimèrat: noûs âimèrons, vous âimèrẽs, ils âimèront. Ita in cæteris & verbis & coniugationibus per rai, ras, rat, rons, rẽs, ront coniugabis hoc futurũ: quod imperfectũ tam Latinis quàm Gallis est. Quod vero ille perfectum vocat, & per futurum coniunctiui suppleri affirmat, vt ego nunc fecero (nõ enim tũc vtor coniũctiui natura, quomodo si dicerẽ, quum fecero, te adibo: quum illic vna, hic duæ sint orationes coniunctiuo necessariæ) nos vt futurum coniunctiui circumloquimur: ita hoc quoque, dicentes g'-haûrâi mâintenant fâict, ab habebo seu habuero nunc factũ. Latini tamen futurum coniunctiui pro futuro imperfecto indicatiui, vt alia quoque tempora illius pro similibus huius temporibus, plærunque mutuantur.

Præsens & futurũ imperatiui diximus ferè simile esse præsenti indicatiui. Sed futuro adiicim⁹ chi apres, vel d'-hor en au-ant, quasi dicas, deinceps, vel post hoc tẽpus: Sed harum vocum etymum suo loco audies.

Huc adscribendum, quód quemadmodum secunda pluralis præsentis imperatiui in vtraque voce Latinis est duplex, ita Gallis, sed in paucioribus, vt à dicite dicẽs, & ditès: à facite fâicẽs & fâitès.

Optatiui præſens & præteritum imperfectum diximus voce ſimile eſſe præterito imperfecto indicatiui, ſed præterea r Latinorum ſeruare. Formatur autem ſemper à futuro indicatiui, mutãdo ſolum râi in rè vel rôi. vt amabo g'âimerâi: amarem g'âimeré vel g'âimèrôi.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum modi eiuſdem quia formatur à præterito perfecto indicatiui, circunloquimur, ſed per tempus ſimile verbi habeo, ſcilicet habuiſſem g'heûſſe, & participium præteriti temporis, vt amauiſſem g'heûſſe âimé, tu heûſſes âimé, il heûſſet âimé, noûs heûſſons vel heûſſèmes âimè, voûs heûſſes âimé, ils heûſſent âimé. Quidam, i interiecto plurali, heûſſions, heûſſiẽs, heûſſient, pronuntiant.

Hoc quoque proprium tempus exprimimus facta ſyncope, ſed ferè in ſenſu præſentis & præteriti imperfecti. vt amauiſſem, g'âimaſſe, tu âimaſſès, il âimaſſet: & per ſync. ſe, il âimaſt, noûs âimaſſõs, voûs âimaſſes, ils âimaſſent. A quibuſdam tamen g'âimiſſe, tu âimiſſès, il âimiſſet, noûs âimiſſions, voûs âimiſſiẽs, ils âimiſſient per i non per a, dicitur, vt in præterito perfecto indicatiui monuimus. Sed pro g'âimerẽ, tu âimerès, il âimerẽt &c. vix pro amauiſſem quod per g'heûſſe âimé dici audies. Quæ res facit vt præterito quoque perfecto indicatiui, per i, vel per a, perſonas pronuntiandi ſcrupulus multos habeat. quanquam has per a, Galli propemodum omnes qui doctiores videri volunt pronuntiant. Per i, tamen qui efferunt, ratione, vt diximus, non carent.

Futurum optatiui & præſens coniunctiui, ſimilia præſenti indicatiui: & præteritum imperfectum cõiunctiui vt Latinis, ſimile præſenti & præterito imperfecto optatiui, docuimus. Quod tamen ſæpiſſime per præteritum imperfectum indicatiui ſupplemus. vt, quanuis amarem, quid ad te? nos, quãdo, quand g'âimerẽ. Cũ amarẽ, eram miſer:

nos à quando amabam, quand g'âimée.

Cætera tria coniunctiui tempora, vt dixi, circunloquimur, Præteritum perfectum per habeam, g'haiè. vt amauerim, g'hâiè, tu hâiès, il hâiet vel hâit âimé: noûs hâions, voûs hâiès, ils hâient âimè.

Præteritum pluſquamperfectũ per habuiſſem g'heûſſe, vt in optatiuo.

Futurũ per habuero g'haûrâi, vt futurum imperfectum indicatiui. Nec te moueat aut turbet temporum Gallorũ ſimilitudo magis quàm Latinorum. Senſu enim potius, quàm voce diſcernenda ſunt. Quod ſi & modorum & temporum proprietatem Latinis receptam intelligas, eandem in Gallorum ſermone expreſſam inuenies.

Infinitiui præſens, & præteritum imperfectum in prima cõiugatione ſemper, in ſecunda nonnunquam, fit addendo r themati. vt, âimè âimér, habitè habitér, nomè nomér. ſic video vôi, vôir: & pauca alia in hac ſecunda coniugatione: nam variè formantur. In ôir tamẽ, aut cum Northmanis in er, apocope literæ e, vt tertiæ in rè, & quartæ in ir, exeunt. vt, habeo, g'hâi: habere hau-ôir. ſapio g-è ſâi: ſapere, ſau-ôir. debeo, g-è dôi: debere deu-ôir. &c. in ſecũda coniugatione in Etymologico dicenda.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum infinitiui circunloquimur per habere, & participium præteriti tẽporis. vt amauiſſe hau-ôir âimé.

Futurum eiuſdem per expoſitionem Latinorum exprimimus. Nã ſpero me, te, illum, nos, vos, illos amatũ ire, vel amaturum eſſe: explicãt, quòd ego amabo, tu amabis, ille amabit, nos amabimus, vos amabitis, illi amabunt: que g'hâimèrâi, tu âimèras, il âimerat, &c. Sed hic vide vt perſonam & numerum illi futuro adhibitum, ſerues diligenter.

Gerundia & ſupina, quum de modis loqueremur, abundè

enarrauimus qua ratione à nobis explicentur.

Participia omnia præsentis temporis, Galli per ant pro masculino & neutro: sed pro fœminino per antè efferunt, sumpta genitiui consona. Quod in nominibus tertiæ crescentibus ferè fit.

Participia præteriti temporis, primæ per é pro masculino & neutro: sed pro fœminino éè. Reliquarum autem coniugationum varie proferimus, vt in Etymologico docemus, sed masculino semper fœmininum addit è.

Futurum in rus & in dus per qui quæ quod & futurum indicatiui suæ vocis, vel per debeo ac infinitiuum suæ vocis pro commoditate sententiæ, vt Latini explicãt, sic nos exprimimus. vt, amaturus, id est qui amabit, qui âimerat. amandus, qui amabitur: qui ſerat âimé.

Sed infinitiui præsens, vt apud Græcos & Latinos sæpe, sic apud Gallos, loco nominis fungitur. vt, en mon dormir, id est in somno meo, ab in meo dormire. Il est home de grãd sau-oir, id est doctissimus: à, de grãdi sapere. mon espôir, id est mea spes: à meum sperare.

Anacephalæosis.

Cæterum, vt facilius rem omnem & fidelius memoria teneas, quod fusius fortasse quàm velles diximus, in compendium constringamus. Quum igitur (vt diximus) præsens tam indicatiui quàm imperatiui, cum suo futuro, & coniunctiui, cum futuro optatiui, vnam vocem, maxime in prima cõiugatione fere retineãt, facta præsentis indicatiui coniugatione, cætera tu ipse cõiecta his cautionibus, quarũ suprà te monuimus, adhibitis. Quod si cubi præterea hæc tempora euarient (quod in verbis secundæ, tertiæ & quartæ cõiugationis sæpe accidit) obiter admonuero, tame nimperatiuus, vt apud Latinos, ita apud nos fere similis est futuro optatiui. Quúmque præteriti imperfecti indicatiui, optatiui, coniunctiui, terminatio sit

eadem, vox tamen tota nō eadem, neceſſe erit ſingulorum primas perſonas coniugando efferre.

Adhæc quoniam participium præteriti temporis (per quod circunloquimur præteritum perfectum indicatiui & ſex tempora ab eo formata, atque adeò totum paſſiuum) eſt maxime varium, præſertim in tribus poſtremis coniugationibus, ipſum in omnibus verbis exprimemus: per quod cum habeo vel ſum, nullo negotio perſequi reliquum poſſis.

Præterea futurū indicatiui exprimēdum eſt, quia licet ſemper in râi, ras, rat exeat, tamen varium eſt, ob variam futuri huius ſyncopen. ſed fit in prima, themati addendo râi, ras, rat. ob id in ea tacebitur.

Poſtremo infinitiui præſens & præteritum imperfectum, in tribus vltimis cōiugationibus diſſimillimum, à nobis ob id exprimetur. Cætera, niſi ingenio cares, marte tuo confi cies facillimé.

Veruntamen quoniam verba omnia, præter paſſiua, in præterito perfecto indicatiui & ſex tēporibus à præterito formatis, more verborum Latinis in or, & quorundam in o, mutuantur apud nos participium præteriti temporis, aut verum, aut fictum à Gallis, & vnū tempus ab habeo, pauca vero à ſum: verborum Habeo & Sum imprimis coniugatio ediſcenda eſt. Sed prius Habeo: quod eius mutuatis temporibus in cōiugando ſum, immò in ipſo quoque habeo vtendum eſt.

Indicatiui modi tempore

Præſenti

Habeo g'hâi, tu has, il hat. Pluraliter, nôus hau-ons, vôus hau-es, ils hont vel hau-ent. B. 3. Sed h in hoc nuſquam ſonamus.

Præteri-to imperfecto.

Habebam g'hau-éè, tu hau-éès, il hau-éèt. Pluraliter nôus hau-eons, vôus hau-éès, ils hau-éènt, vel hauéont. Omit-

to vulgarem terminationem in ôi, ôis, ôit, ôions, ôiès, ôiont.

Præte. perfect. Habui g'hâi heû, tu has heû, il hat heû. Noûs hau-ôs heû, voûs hau-ès heû, ils hont heû. Hic nota participium præteriti temporis habitus heû, fœmininum heûè.

Præt. perfe. pridē. Habuí g'heû, tu heûs, il heût. Noûs heûmès, voûs heûtès, ils heûrent.

præ. pluſ quā per. Habueram g'hau-éè heû, tu hau-éès heû, il hau-éèt heû. Noûs hau-eons heû, voûs hau-éès heû, ils hauéènt heû.

Futurū imperf. Habebo g'haûrâi, tu haûras, il haûrat. Noûs haûrōs, voûs haûrès, ils haûront. Quidam per u-conſonum pronuntiare malunt, g'hau-râi, tu hau-ras, &c. & quidam ſine u, g'harâi, tu haras, &c.

Futurū perfectū Habuero g'haûrâi heû, tu haûras heû, il haûrat heû, &c.

Imperatiui modi tempore

Præſenti Futuro. Habe hâiès, il hâit vel hâièt. hâions, hâiès, ils hâièns. Similiter adiectis particulis chi apres, vel d'horè en au-ant, vel aû temps adu-enir. Diuerſum eſt à præſenti indicatiui.

Optatiui modi tempore

Præſenti & præt. imperfe. Haberem g'harée, tu harées, il haréèt. Pluraliter noûs harémès vel hareons, voûs harées, ils haréènt, vel hareont. Vel cum diphthongo in prima ſyllaba g'hâiréè, &c. Hic quoque iciens prætereo vulgatam coniugationem in rôi, vel rôiè, rôis, rôit, rions, ries, rient, vel rôient, vel riont.

Perfe. & pluſq. Habuiſſem g'heûſſe heû, tu heûſſes heû, il heûſſet heû. Noûs heûſſons heû, voûs heûſſes heû, ils heûſſent heû. Vel tempus proprium, g'heûſſe, tu heûſſes, il heûſſet. Noûs heûſſons, voûs heûſſes, ils heûſſent, quod pro præſenti & præterito imperfecto modi huius ſæpiſſime accipi

docuimus.

Nec te mirari oportet quòd diphthongo eû, ſſ geminũ adiungamus, quum Latinus ſermo in aû & eû, vt Græcus in αυ & ευ, id reſpuere videatur. Quum tamen nunc omnes cauſſa ſonent & ſcribant, quemadmodum Ciceronis temporibus paulúmque infrà, ſcriptũ fuiſſe teſtis eſt Fabius libro primo, cap. 13. & Græci λω̃σω pro video dicãt, vt eſt initio Electræ Sophoclis: mirari deſines.

Habeam g'hâiè, tu hâiès, il hâièt, vel hâit. Noûs hâions, voûs hâies, ils hâient. Futuro.

Dictionem vtinam (quæ à Donato temporibus optatiui adiicitur) explicant per ad meam voluntatem, a la mienè volunté: vel placeat deo quod, plâiſet a dieũ quẽ. Apud authores verò tẽpora optandi ſine nota ſæpiſſime ponuntur, ex ſenſu deprehendenda. aliquãdo cum nota, quàm, ſi, o, oſi, vt quàm vellent, o qu'ils voûdrient bien.

Coniunctiui modi tempore

Quo modo futuro optatiui nuper dixim⁹, habeam g'hâiè, tu hâiès, &c. Præſenti

Quomodo præſenti & præterito imperfecto optatiui, haberem g'hâirée, tu harées, &c. vel etiam ex præterito perfecto, & pluſquam perfecto, habuiſſem g'heûſſè, tu heûſſes, &c. Præt. im perfecto

Habuerim, g'hâiè heû, tu hâiès heû, il hâièt vel hâit heû. Noûs hâions heû, voûs hâies heû, ils hâient heû. Præte. perfecto

Quomodo præterito perfecto & pluſquam perfecto optatiui, habuiſſem g'heûſſè, & g'heû ſſe heû. &c. Præte. pluſq.

Quomodo futuro indicatiui perfecto g'haûraî heû, tu haû ras heû, il haûrat heû. &c. Futuro.

Quin notam coniunctiuo addi ſolitam, nos per quando quand, vel quom'enſi ſoit, à quomodo inſic, id eſt ſic &

ita sit. vel vẽu què, à viso quod. Si autem aliam coniunctiui notam, seruamus integram. vt si venis, si vel sè, I. 2. tu v-iens.

Infinitiui modi tempore

Præsenti Habere hau-ôir, B. 3.

præ. per. Habuisse, hau-ôir heû.

Futuro. Habitum ire vel habiturũ esse, id est quod habebo, bis, bit, què g'-haûrâi, tu haûras, il haûrat. &c. pro ratione personæ & numeri illi futuro adhibiti.

Gerũdia Habendi, dè hau-ôir. habendo en hâiand, vel d'-hau-ôir, vel poûr hau-ôir, &c. pro exigentia præpositionis. Habendum est, il faût hau-ôir. Ad habẽdũ, a vel poûr hau-ôir. Vado habitum vel ad habendum, g-è vâi hau-ôir. Difficile habitu, de estrè heû.

Participia. Habẽs habentis, hâiant hâiantè. Habitus, habitum, heû, habita, heûè.

SVM.

Sum g-è sui, tu es, il est. Noûs sumès, vel somès, voûs estès, ils sont.

Eram, nos à stabam g'-estéè, tu estéès, il estéèt. Noûs esteons, vel estéèmès, voûs estées, ils estéènt, vel esteont. Veteres, er, ers, ert dicebant, vt hodie quoque Narbonenses.

Fui, g'-hâi esté (à status, ta, tum, tu as esté, il hat esté. Noûs hau-ons esté, voûs hau-es esté, ils hont esté. Sed proprium eius præteritũ olim, fui g-è fu, tu fus, il fut, noûs fumès, voûs futès vel fustes, ils furènt.

Fueram g'-hau-éè esté, tu hau-ées esté, &c. Ero g-è serâi, tu seras &c. prothesi s.

Fuero g'-haûrâi esté, tu haûras esté &c. sic futuro coniunctiui.

Imperatiuo sis vel es, sôis, il sôit, vel sôiès sôièt. sôions, sôiès, ils sôient, à præsenti indicatiui quoque varium: si-

mile futuro optatiui & præsenti coniunctiui.

Essem, g-è serée, tu serées: erit, il seréet. Sic præteritum perfectum coniunctiui.

Fuissem g-è fusse, tu fusses, &c. vel g'heûsse esté, tu heûsses esté, &c. sic præteritum plusquamperfectũ coniunctiui.

Futuro optatiui, Sim g-è sôi, tu sôis, il sôit, vel soiè, soiès, sôiet. Noûs soions, vous sôiès, ils sôient. Sic præsenti cõiunctiui.

Fuerim g-è sôiè este, tu sôiès esté, &c.

Esse estrè à stare. Fuisse, hau-ôir esté. Fore vel futurum esse, id est quod ero eris erit, què g-è serâi, què tu seras, què il serat.

Gerundiis & supinis caret, ac etiam participiis. Quanquam nonnulli, ens vt Græci ab ἐιμί, id est sum, ὤν, pronuntiẽt, quod nos per stans, estant referimus.

Futurus, a, um autem, futur futurè & adu-enir, à fuo verbo antiquo, vt fui relictum est.

Quur autem sum adeò defectiuum à sto & fuo bonam partem suæ coniugationis mutuetur, vt nihil apud nos propriũ habeat aliud, quàm sum sim, hoc fecit significationũ cognatio. Quod enim nũc sum, veteribus fuo significauit. Ad hæc stare, esse ac existere significat, nunc in se & sua mole, nũc in pristino statu, vt Troiáque nunc stares. Virg. & alia permulta, in quibus ferè vis aliqua verbi sum apparet. Inde adsum: nos, sum præsens, g-è sui present. absum, sum absens, g-è sui absent: absentia, absencè: absentare, absenter. præsentia, præsencè: & præsentare, præsenter.

Coniugatio verborum primæ coniugationis apud Gallos.

Amo g'âimè, tu âimès, il âimèt. Plu. noûs âimons, vous âimẽs, ils âiment. Mihi magis placet sine diphthongo g-amè, tu amès, il amèt, & sic totam facere coniugationem,

vt ab eo amicus ami, amica amiè, amabilis amiable, amor amoûr, amoûreûs ab amoroſus &c. in quorum nullo diphthongum illam âi inuenies. Nec valida eſt ratio dicentium id cauſſa differẽtiæ ab anima amè. Plu. animæ amès fieri, quũ & ſignificatione & perſonis adiectis verbũ à nomine vel ſemidoctus diſtinguere poſſit. Quod ſi donemus eam differentiæ rationem in his duabus perſonis pollere, nihil tale in reliquis cauſari poterunt, niſi ſi forte magis argute quàm vere addant, à themate verbi, tanquam à fonte, reliquam verbi totius ſobolem pendere. In quo ſi ratio differentiæ, mutationis cauſſa fuerit, ea in reliquis temporibus ſeruetur, arbitratu tuo ſcribas & proferas licet. Ars hoc exigit, vſus tamen toti coniugationi diphthõgum âi præponit, A. 5. quem iam ſequemur, non tamen per omnia,

Amabam, g'-âimées, tu âiméès, il âiméèt. Noûs âiméons, voûs âiméès, ils âiméènt.

Amaui g'-hai âimé, tu has âimé, il hat âimé. Noûs hau-ons âimé, voûs hau-ẽs âimé, ils hont âimé.

Amaui olim, g'-âimâi, tu âimas, il âimat. Noûs âimamès, voûs âimatès vel âimaſtès, ils âimérent.

Amaueram g'-hau-éè âimé, tu hau-éès âimé. il hau-éèt âimé. noûs hau-eons âimé, voûs hau-ées âimé, ils hau-éènt âimé.

Amabo g'-âimerâi, tu âimeras, il âimèrat. Noûs âimerons, voûs âimerẽs, ils âimèront.

Amauero g'-haûrâi âimé, tu haûras âimé, il hû rat âimé. Noûs haûrons âimé, voûs haûres âimé, ils haûront âimé.

Ama, âimès, il âimèt. âimons, âimẽs, ils âiment.

Amarẽ g'-âimèré, tu âimerẽs, ils âimèrẽt. Noûs âimereons, voûs äimeréès, ils âimèrent.

Amauiſſem, g'heûſſe âimé, tu heûſſes âimé, il heûſſet âimé. Noûs heûſſons âimé, voûs heûſſeés âimé, ils heûſſent âimé. vel g'âimaſſe, tu âimaſſes, il âimaſſet, vel âimaſt. Noûs âimaſſons, voûs âimaſſés, ils âimaſſent.

Amem g'âimè, tu âimès, il âimèt, Noûs âimeons, voûs âiméés, ils âiméènt.

Amarem & amauiſſem, vt in optatiuo. Amauero vt futuro indicatiui.

Amauerim g'hâiè âimé, tu hâiès âimé, il hâièt âimè. Noûs hâions âimé, voûs hâies âimé, ils hâient âimé.

Amare âimer, à themate verbi, è in é, & addito r. ſic in reliquis primæ. Sed in agro Lugdunenſi, Narbonenſi & in Burgundiæ comitatu & ducatu, ab infinitiuo primæ auferunt tantũ e poſtremum, dicentes amar, cantar, ioûgar, ab amare, cantare, iocari, O. 5. C. 1. pro ludere. etiam ſi r quidam eorum obſcure ſonent.

Amauiſſe, hau-ôir âimè.

Amatum ire vel amaturum eſſe, id eſt quod amabo amabis &c.

Amandi, d'âimer. amando en âimand vel d'amer. amandum, âimer.

Amatum âimer, amatu d'eſtrè âimé.

Amans amantis, âimant âimantè.

Amatus, a, um âimé âiméè

Paſſiuum verborum nobis quum deſit omnino, eius tempora circunloquimur per participium ſuum præſentis tẽporis, & ſimile tempus verbi ſum es eſt. Quædam circunloquimur per actiuum & pronomen. vt appellor, g'm'appellè, appellaris tu t-appellè, appellatur il ſ-appellèt. ſic nominor, æſtimor, vel g-è ſui eſtimé.

Amabar, erã amatus. g'eſtéè amé. Amatus fui, g'hâi eſté amé, vel g-è fu amé. Amatus fueram, g'hau-éè eſté amé. Amabor, ero amatus, g-è ſerâi amé. Amare, id eſt ſis amatus, ſôis amé. Amarer, id eſt eſſem amatus, g-è ſeré âimé. Amatus fuiſſem, g-è fuſſ' âimé, vel g'heûſſ' eſté âimé. Amer, id eſt ſim amatus: ſôiè âimé. Amatus ſim vel fuerim. g-è ſôiè eſté âimé. Amari, id eſt eſſe amatum, eſtrè âimé. Amatum fuiſſe, hau-ôir eſté âimé. vbi aduerte, é in eſté nõ elidi à Gallis.

In verbis primæ coniugationis nullus ordo mihi ſtatuendus fuit, quòd in coniugando nihil differant. Hæc autem verba primæ per infinitiuum hoc conſilio expreſſi in Etymologico, vt reliquarum coniugationum, ne ego g-è mihi toties addendum foret themati. Ex infinitiuo autem thema primæ facies, ablato r poſtremo, & é in è, & præteritum participium è in é. In tribus reliquis coniugationibus quia negotium eſt, maxime in præſenti ſingulorum propè verborum, ea ob id ſingula in Etymologico exprimimus ordine facillimo.

Coniugatio verborum ſecundæ.

Habeo g'hâi, tu has, &c. dictum prius. à quo quantum alia recedant, audi.

Debeo g-è dôi, tu dôis, il dôit. Noûs deu-ons &c.

Debebam g-è deu-éè &c. vel deu-ôiè vel deu-é. vel deu-ôi.

Debui g'hâi deû, tu has deû &c. vel g-è deû, tu deûs, il deût &c.

Debebo g-è deu-râi. Debe dôis.

Debere deu-ôir. Debẽs deu-ãt. Debitus, a, um, deû, deûè.

Video g-è vôi, tu vôis, il vôit. Noûs vôions, voûs vôiẽs, ils vôient.

Videbam g-è vôiéè vel vôiôiè vel vôié vel vôiôi &c.

Vidi g'hâi vẽu, tu has vẽu, vel u-u &c. Vel g-è v-i, tu v-is, il v-it, &c.

Videbo g-è verâi, ſæpius verrâi. Vide vōis.
Videre, veôir, aut vôir. Vidēs, vôiant, vôiantè. Viſus, a, ū, v-cū, v-cūè, quod etiam pro ipſo viſu & viſione ſumitur.
In quo Northmani e pro ôi vbique pronuntiant.
Pareo g-è per, tu pers, il pert. Noûs perons, vôus perēs, ils perènt.
Parebam, g-è perées, &c.
Parui g-hâi peru, tu has peru, vel g-è peru, tu perus.
Parebo g-è perrâi, pare, pers.
Parere, parôir. Parens, tis, perant, perantè. Sæpius per g-è ſemblè, tu ſemblès, &c. à ſimilo, as.
Sic Appareo, g-apper, tu appers, &c.
Sed compareo, g-è comparè, tu comparès, il comparèt, per a vbique: cætera ſimile eſt.
Valeo g-è v-aû, tu v-aûs, il v-aût. Noûs valons, vôus valēs, ils valènt.
Valebam, g-è valéè. &c.
Valui g-hâi valu, tu has valu: vel g-è valu, tu valus.
Valebo g-è vaûdrâi, vel vōudrâi, vel vaûrâi. Vale vaûs.
Valere valôir. Valens, tis, valant, valantè, & vâilant, vâilantè pro robuſto & magni animi homine.
Caleo per tertias tantū perſonas ſingulares exprimimus, pro curæ eſt, erat, fuit, &c.
Calet, il h̄aût.
Calebat, il h̄aléèt vel h̄alôit, &c.
Caluit, il hat h̄alu, vel il h̄alut.
Calebit, il h̄aûrat. Caleat, il h̄alèt.
Caleret, il h̄aûrôit.
Caluiſſet, il h̄aluſſèt.
Caleat, il h̄alèt.
Calere, h̄alôir.
Calens, tis, h̄alant & h̄aland, h̄alandè vſu frequentiſſimum Gallis.

Doleo per tertias tantum perſonas ſingulares & plurales exprimimus.

Dolet deût, dolent deûlènt.

Dolebat deûlôit, vel doûlôit. dolebant doûlôient.

Doluit hat dolu, doluerũt hõt dolu: vel il dolut, dolurẽt.

Dolebit dolerat, dolebunt doleront.

Doleat deûlèt, doleant deûlènt.

Doleret dolerôit, dolerent dolerôiènt.

Doleat deûlèt, doleant deûlènt.

Doluiſſet doluſſèt, doluiſſent doluſſènt: vel heûſſèt dolu, heûſſènt dolu.

Dolere dolôir.

Dolens, tis, dolent dolentè: dolu doluè, à dolitus, a, um.

Mouco g-è mẽu, tu mẽus, il mẽut. Noûs moûuons, voûs moûuẽs, ils moûuènt.

Mouebam, g-è moûuôiè.

Moui g'hâi mu, tu has mu. vel g-è mu, tu mus.

Mouebo g-è moûue-râi, vel moûuu-râi, ſyn. e. Moue meûs.

Mouerem g-è moûuerôiè, vel moûuu-rôiè, ſync. e.

Mouiſſem g-è muſſè, tu muſſes, vel g'heûſſè mu, tu heûſſes mu.

Mouеam g-è meûuè, vel moûuè, tu moûues.

Mouere, moûuôir.

Mouens, tis, moûuant moûuantè. Motus, a, um, mu muè, vel mẽu mẽuè.

Sedeo, g-è ſie, tu ſiẽs, il ſiẽt. Noûs ſeõs, voûs ſéès, ils ſéènt.

Sedebam, gè ſeéè, vel ſeôiè, &c.

Sedi g'hâi ſis, tu has ſis. vel g-è ſi, tu ſis, il ſit, &c.

Sedebo g-è ſerrâi.

Sede ſiẽs, vel ſéès.

Sederem g-è ſerrôiè.

Sediſſẽ, g-è ſiſſè, tu ſiſſès. vel g'heûſſè ſis, tu heûſſes ſis, &c.

Sedeam g-è ſéè, tu ſéès.

Sedere ſ-ôir, vel ſeôir, vel ſir. nũc neutrũ, nũc act. facim⁹.
Sedens, tis, ſeant ſeantè, etiam pro conueniens.
Sis ſiſè, à ſeſſus, a, um.
Ardeo, g'-ar, tu ars, il art. Noûs ardons, voûs ardẽs, ils ardẽt,
Ardebam g'-ardéè, &c.
Arſi g'-ardi, tu ardis, &c. vel g-è fu ars, tu fus ars, neutrũ. vel g'-hâi ars, tu has ars, &c. actiuũ pro vſſi vſſiſti. Eſt enim vbique tam actiuum quàm neutrum.
Ardebo g'-arderâi.
Arde ars, vel ard.s ardèt.
Arderem g'-arderôiè.
Arſiſſem, g'-ardiſſè, tu ardiſſes, &c. vel g-è fuſſè ars, tu fuſſes ars, neutrum. vel g'-heûſſè ars, tu heûſſes ars, actiuum.
Ardeam, ardè ardes.
Ardere, ardôir.
Ardens, tis, ardant ardantè. etiam pro cupido.
Ars arſe, ab arſus arſa arſum.
Soleo vix habet tempora Gallis alia quàm
Solebam g-è ſolôie, tu ſolôis, &c.
Solere ſolôir, vt
Maneo manere manôir pro domo.
Vix plura inuenias verba ſecundæ coniugationis Latinorũ, à Gallis in ſua ſecũda retineri, ſed alia in primã, vel tertiã, vel quartam coniugationem ſuam tranſtulerunt. vt contrà ex aliis Latinorũ coniugationibus in ſuam ſecundam nõ pauca retulerunt. Quædam quoque per nomen verbale & habeo exprimunt. vt doleo g'-hâi deûl, vel doûleûr, ab habeo dolorem.
Caleo g'-hâi cha^h ûd, vel châleûr, ab habeo calidum, vel calorẽ.
Frigeo g'-hâi frôid, vel frôidurè, ab habeo frigidum vel frigus vel frigidaturam.
Reliqua quoniã infinitate ſua, rudem adhuc lectorẽ magis obtunderent quàm erudirent, in Etymologicũ reiecim⁹.

Aduerbium.

Aduerbio Gallorum vt Latinorum accidunt tria: ſignificatio, comparatio, & figura. Sed præpoſitiones vt ipſas ſibi, ita aduerbiorum ſignificationibus ſæpe addimus.

Significatio loci, vt

Hic chi, metath. c & h. Galli malunt ci, vt pronomen hic cè

Ibi i, frequens vſu, apoc. bi. Vtrunque cõmune eſt quieti, & motui in loco, de loco, ad locum, per locum.

Hinc, dè chi, vel d'ichi, à de ibi hic.

Huc chi, ab hic.

Hac, par chi, vel par cha, à per hic, vel per hac.

Iſthic iſthinc, iſthuc iſthac. Illic illinc, illuc illac.

Li, ab illic: vel la, vel illa: vel illec, ab illac. omnia ſunt cõmunia quieti & omni motui locali: ſed in ſignificatione Latinorum, hoc eſt de loco remoto, vt hic, & ſua de propinquo, Vt, il eſt la, vel illa, vel illec, Ille eſt illic.

Vas la, vel illa, vel illec, Vade illuc

G-è vien de la, d'illa d'illec, id eſt venio illinc.

Vas par la, vel illa, vel illec, id eſt vade illac.

Vas vers la, vel illa, vel illec, id eſt vade illorſum.

Vas iuſquè la, vel iuſqu'illa, vel iuſqu'illec, id eſt vade illuc vſque.

Sed li, vt chi, cũ intus vel intro, id eſt ens, ferè iungimus. vt il eſt li ens, ab illic intus. Vas li ens, id eſt illuc intro, G-è vien de li ens, id eſt illinc intꝰ. Vas par liẽs, id eſt hac intꝰ. Sic, il eſt chi ens, id eſt hic intus. Sed vulgus Gallorũ, ceãs a bon logis. Viens chi ens, id eſt huc intro, Vas de chi ens, id eſt hinc intus. Inde en, vel melius cum Hãnoniis ẽnd, aut loci, aut rei dictæ vel intellectæ relatiuum nobis ferè eſt. vt ſi de loco quopiam ſit ſermo, dici ſolet, ego inde ve-

nio, g'-end vien. ſæpius tamen pro de hac re ſumitur. vt rogatus pecuniã, reſpondeo g-è n'-end hâi pôinct, à nõ inde, id eſt, ex pecunia habeo, vel punctum. Minitantes quoque dicimus, tu end haûras, verbera intelligentes. Interrogamus, end has tu? id eſt habes rem quam abs te peto? Cæterũ en' ha' tu? pronuntiamus, more noſtro elidentes conſonas vocem finientes aliis ſequentibus. Sequente verò vocali, end pronũtiant nũc quoque Hannonii & Tornacenſes, g-è nend hâi pôinct. voûs end hâirẽs.

Intus vel intro, ens, ſync. tu. vel ents ſync. u. vt hic intus, chi ens, non ce ans cum Parrhiſienſium inſignibus, Lè mâiſtrè de chi ens, à de hic int⁹. Vado huc intro, chi ens, Venio hinc intus, de chi ens. Tranſibo hac intus par chi ens. Sic iſtic vel illic intus, li ens, cum omni differentia loci cõiunges, ſed remotioris, vt dixi. Illud eſt intus, il eſt ens. ſæpius dedens à deintus pro deens, addito d, ad explẽdum hiatum, quod etiam cum La, illa, illec, vſurpamus. vt, venio illinc intus, g-è vien de li ens, vel de la, vel d'illa, vel d'illec dedens.

Foris vel foras, hors vel dehors, à deforis, ſimiliter vt alia, ſeruit omni locorum differentiæ, id eſt quieti & motui, ad locum, de loco, per locum. Eſt foris, il eſt hors, vel dehors. Vado foras, hors vel dehors. Venio foris, dè dehors F autem in h vertimus. Hors vero pro extra ſæpe dicimus. Hors du ſens, hors la villè. Sed fors pro hors dicunt etiam Burgundi comitatus & ducatus, vti nos fors què, quaſi foris & excepto quod. In litibus quoque, forclus & forclos, à foris cluſus, id eſt excluſus, & qui opportunitate hæc vel illa proferendi excidit. & forâin a foranus pro externo.

Cætera loci aduerbia per nomina pars, & locus circunloquimur. vt

Alibi, en aûltrè lieũ, en aûltrè part.

Alio en aultre part. vel ſine en, aûltrè part.
Nuſquam, nullè part.
Vbi, oû, etiam pro quo. V. 8. apoc. bi. vel à ποῦ, id eſt vbi, π expuncto Vnde dond à deunde.
Qua, par oû, à per vbi: vel par quelè part, vel par quel coſté. vel par quel lieũ &c. à per qualem partem, per quale coſtatum, id eſt latus, quod coſtis vtrinque duodecim contexitur: per qualem locum.
Quorſum vers oû, à verſus vbi. aut vers quel coſté &c.
Surſum en haûlt, ab in alto, vel in altum. Deorſum, en bas, ab in baſi vel in baſin.
Significantia tempus aduerbia ſunt, hodie hui & aû i-oûr d'hui, ab, ad iugerum de hodie. Nam dies nobis i-oûr dicitur, à diurno iugeri cultu, quod inde ioûrnel Picardi vocant, Vel potius à diurnum, abiecto d. & I. 5. V. 8.
Nũc & modo, maîntènant & incontinent, à manum tenente & in continenti. Qui enim alicuius manum tenent, aut in continuo ſunt, vicini quoque adeò ſunt, vt nulla mora præſto adeſſe poſſint. Ego hic nunc adero, g-è ſerâi chi maîntenant, vel incontinent, per inde ac ſi dicas, tam celeriter, atque is quem manu tenes, aut qui te manu tenet, tibíque continuus eſt. & inde pro quamprimũ, nos, incontinent: pro cum primũ, nos, incontinent què.
Heri hier, epenth. vel metath. literæ i.
Nudiuſtertius, nos, deu-ant hier, à deante heri.
Olim, i-adis, pro i-a dict, à iam dictum forte eſt.
Mane maîn. Vnde in rhythmis crebro leges ſoîr & maîn, à ſero & mane. Sæpius matin à matutino, ſync. tu. dicim⁹.
Cras, nos dèmaîn, à demane: quaſi mane proximo intelligas. vnde addimus ſæpe, demaîn aû matin.
Dies heſternus, lè i-oûr d'hier.
Dies craſtinus, lè i-oûr dè dèmaîn.
Perẽdie, nos, apprẽs dèmaîn, ab ad prope demane, quaſi qui

craſtino proximus eſt. vt Græci μεθάυριον, id eſt poſt cras ſeu poſt craſtinum.

Quotidie, nos, tôuts les iôurs, à totis diurnis, pro diebus.

Pridie, nos, lè iôur dè deu-ant, à die deante pro præcedente, quum ſcilicet ſine caſu ponitur. ſi autẽ caſum habet Latine, eum adiicimus. vt pridie Pẽtecoſtes, lè iôur deu-ant vel dè deu-ant Pentècôuìtè vel lapentècôuìtè,

Poſtridie, lendemâin, vel lè lendèmâin, ab in demane. ſine, vel cum caſu, more Latinorum. Vel, lè i-ôur d'-appres, à diurnum pro dies, de approp e.

Semper, Picardi tôut di, à toto die: & cũ Gallis, tõut i-ôur, uel tôuts i-ôurs. vt lundi, mardi &c. à lunæ, martis die.

Nunquam, i-a mâis. à iam magis, præpoſita negatione. vt nunquam peccabo, g-è nè peccerâi i-a mâis. Sed etiam cũ præterito tempore.

Vnquam, onquè, ſemper cum negatione pro nunquam. & fere de tempore præterito. g-è nè lè v-i onquè, id eſt nunquam illum vidi.

Sero, ſôir, dè ſôir, aû ſôir, & eius loco, de veſprè, aû veſprè, id eſt veſperi. Sero autem pro veſpere cur non dicatur, non ſolum pro tarde (quæ metaphorica & ſecunda eius eſt ſignificatio) cũ fœlix ſerũ, bon ſôir, dicamus: & halec ſera, vel nocturna, heren ſôir, vel dè nuict, vel dè la nuict.

Cum, dum, quando, quand. Sed quantum, quant.

Aliquando, aûlcunè fôis. ab aliqua vna vicè.

Olim, quondam, parau-ant, à per ad ante. vel par chi dèu-ãt vel vn temps i-adis.

Tunc, donc. D. 2. ſed hoc ferè pro ergo vſurpamus. vt vien donc, id eſt veni igitur. Pro tunc autem dicimus addonc, ab attunc. & l'-hor, & al'-lhor, ab, ad illam horam. quibus quidam s adiiciunt, dicentes, addoncs, l'-hors, al'-lhors.

Iam, i-a. es tu i-a venu? veniſti iam?

Iamdudum, i-a piec' hat.

Dudum piec' hat, vel long temps hat.

Quandudum interrogatiue & infinite, vt quam bien hat, vel quant bien i hat, vel quant long temps hat, vulgo cō-bien hat.

Nuper, n'-hat g̈-âirè, vel n'-hat g̈âirè long temps, id est non interceſſit multum tempus. g̈âirè autem pro multum à varium est, canone 35,

Tempori, temprè, & temprèment pro cito, & tempestiue, Picardis vsitatissimum. Interim, interdum, interea, interea temporis, entrè temps, & chè temps pendant, ab, hoc tēpore pendente. En temps di, etiam Picardi ab in tempore diei.

Statim, nos, à tam cito, tam tó.

Chiprichimi, Pic. pro chi prins, chi mis, ab hic prensum pro acceptum, & hic missum pro repositum. quod pūcto temporis fieri potest.

Postquam, puistquè, vel apresquè, ab ad prope quod.

Nunc primum, aû primè & horaprimè, quasi ad hanc horam primam, scilicet post discessum, aduentum, &c.

Numeri, vt semel vnè fois, bis deûs fois, ter trois fois, quater quatrè fois, &c. ab vna vice, duabus, tribus, quatuor vicibus. Bis bisè tamen adiectiuū facimus, pro subnigro fusco & cineritio, pain bis, id est secundus seu secundarius vel autopyros. Pierrè bisè, id est lapis subniger.

Negandi, vt non, vel nè. sed differunt vtendo, vt si interrogo, nō vis ientare? nè vēus tu pas dei-uner? Respondes nō, vel nanin, in quo geminta videtur negatio, vt in οὐκουν, id est nec, aduerbio negādi. Si dico, hoc est meū, dices, nō est. In nè autē, è sæpius à vocali sequentis dictionis eliditur. vt n'-en vēus tu pôinct? à, non inde vis? n'-i vas tu pôinct? à, non ibi vadis? n'-has tu pôinct d'-argent? à non habes argentum?

Affirmandi, vt etiam eci. T. 1. vel oci. E. 3. corrupte, aûssi: Sed potius, nobis est coniunctio. Si pro sic Hispani.

Vere vôirè, sed vérè Northmani, vt Græci ὄντως, id est vere, inter aduerbia affirmandi collocant.

Quin & quinetiam, et eci: vel et qui plus èst.

Ch-èst mont, etiã respondentes affirmamus, ab, hoc est multum, mont pro moùlt.

Imò, imo: Certe, certè. Ita Flandri ia. nos ab auditũ aûi, vel oûi, vel òi respõdemus, quasi dicas, audio quod petis, & dictũ puta, vt Dauus ait Terentianus. Et aùi dia: Forte à Διά, id est Ioue, intellecta præpositione μά, id est per.

Demonstrandi, vt en vel ecce. nos, vôis chi. Quum enim demõstrandi quidpiam alteri cupiditas est, vel clamamus celeriter, vôis chi, à vide hic, re propinqua: & vôis la, à vide illac seu illic, remota. Vulgus pro v-òis chi, v-èchi: & pro v-ôis la, v-èla, quandoque pronuntiat. Huc pertinet quòd propter verbũ vôis, iungimus infinitiuum, vt vôis chi Pierrè venir, vel qui viẽt, quasi dicas, vide hic Petrum venire, vel qui venit. Adde quod Seruio teste Virgilius ecce vsurpat in re stupenda & repentina. Quid quod Terentius ambo iungit? ecce video.

Optandi, vt vtinam pleũt, vel plâiẽt à dieũ, à, placeat deo, vel a la mienè voluntè, ab ad meam voluntatem, Osi, osi, vel osè, vt osi g'-hauôi' vn eẽcut.

Hortandi, eia, age: nos, hâi & au-ant, ab ad ante, quasi hortemur, procede vlterius. & vtrisque iũctis, hâi au-ant. Et la, ab illa: & sus, à sus pro sursum, vel super.

Cha, ab hac. præsertim dum quid tradi nobis imperamus, quo veluti pro verbo imperatiui trade, vtimur, eique opponimus, tiens, id est tene. inde or cha. Causidicis frequẽs est orcha, or bien, ab ergo hac, ergo bene, E. 3. quæ ab auro quidam iocantes deducunt.

Ordinis, vt deinde, deinceps: nos, dèpuist, à depost. Et ap-

pres, ab approp e. Et puïſt appres, & en appres.

Viciſſim, nos, toûr a toûr, à torno, ad & poſt tornũ, Et l'-un appres l'-aûtrè, ab vnus poſt alterum.

Interrogãdi, vt cur, quare, quamobrẽ. nos, què, pôur quôi, pôur quelè caûſe, à quelè caûſe, à quôi tient il què, &c. vt què, vel pôur quôi, vel pôur quelè caûſe, &c. n'-es tu venu? id eſt cur non veniſti? Pulſantes oſtia rogamus, ac etiam rogamur, queſt la? vel qui ẽſt la, vel qui ẽſt chè la? id eſt, quis eſt illic?

Similitudinis, vt quaſi, quaſi: & prope pres, & preſquè à prope quod: vt, quaſi vel prope cecidi, g'-è ſui quaſi, vel pres, vel preſquè cũ. & à fermè, quidam ferment dicunt. Ceu, tanquam velut, veluti: nos quomè, à quomodo. quod etiam interrogantes vſurpamus. vt quomè diras tu? Sic, ſicut, ſicuti: nos, ſi & enſi vſu differẽtia: ab inſic, vulgo aînſi: vt neganti non eſſe, affirmamus, ſi ẽſt. Mon liu-rè ẽſt ſi fâict, id eſt talis & ſic factus. Eodem modo, il eſt ſi doctè, ſi fort, id eſt tantum. & ſimiliter cum aliis poſitiuis. Tunc autem ferè poſtulat orationem aliam ſibi ſubiunctam, vt què ch'-ẽſt meru-êilè, vel quid ſimile, niſi figurate pronunties, & cum admiratione. Il n'-eſt pôint enſi, id eſt falſum eſt, g'-è li hâi enſi dict. Vbi ſi non conueniat, quemadmodum nec enſi, loco ſi: apte vſurparis.

Qualitatis, vt docte doctèment. Pulchre, nos à belle bellèment (quod vt doûlcèment, pro lente & remiſſe vſurpamus.) Malè mal. malè, maûu-âiſement, à maũu-âis maûu-âiſe. Bene, bien, quod ſæpe pro valde, vt fort à fortiter: & forcè, à forti pro copia. Nam vt bene & probe doctus dicunt Latini: nos bien, & proû, & fort, & multum moûlt doctè. Illi item à validus valde: nos, à ſynonymo fortis, fortiter, fort pro valde dicimus. Hæc aduerbia qualitatis, nos à fœminino Gallico plærũque formamus, addendo ment, quomodo Latini ter nonnunquam geni-

tiuo ſecundæ,& datiuo tertiæ adiiciũt, vt ſecretus ſècret, ſecreta ſècretè, ſècretèment. Bellus bel, bella bellè, bellèment. Hic dulcis doûlc, hæc dulcis doûlcè, doûlcèment. Facilis facilè, facilèment. Securus ſeûr, ſecura ſeûrè, ſeûrèment, & ſic prope in reliquis tam ſecundæ quàm tertiæ adiectiuis. Sed participio in ant, ablato t, iũgimus ment, vt abundant, abundamment, vâillant, vâillamment, n in m.

Quantitatis, vt multum moûlt, quod & bien, & fort, & vtroque iuncto, bien fort, & beaûcoûp dicimus. quod diuiſum beaû coûp, ſignificat bellum ictum, à κόπτω, id eſt ſcindo. Inde vero cõſuetudine trãſiit in aduerbiũ quãtitatis, vel potius à bella, id eſt bona & magna copia eſt. O. 5

Parum, vng petit, ab vnum petitum (cuius ratio in cõparatione nominis eſt.) Paulũ, paû, poû, peû. Minus, mins vel môins. Prorſus ac omnino, nos totalèment, à totaliter, vel du tout, à de toto. Satis, aſſes, ab ad ſatis. niſi ab affatim mauis, ff in ſſ, mutatis. Mediocriter môienèment, mediocremẽt elegantes. ſæpe entre deûs, id eſt inter duo, ſcilicet extrema.

Dubitandi, vt forſan, &c. nos, paradu-enturè, à per aduenturam (quam caſum & fortunam vocamus) & d'adu-enturè, forte fortuna, dè cas d'adu-enturè.

Perſonalia vt mecum, &c. nos, cum præpoſitione exprimimus per aduocatum au-cûc, O. 6. vel adu-cûquè, E. 3. môi, tôi, ſôi, noûs, voûs. vt iui cum Petro, quaſi dicas, Petro mecum aduocato, aucûc Pierrè, vide Cum præpoſitionem.

Vocandi, vt o, heus. nos, hé, haû, haûla.

Reſpondendi, vt heus. nos, aûi, ab auditum. Quôi? hoc eſt quid vis, vel quid placet tibi? què võus plâit il? plâit il? plâit voûs?

Separãdi, vt ſeorſum: nos, arrierè, ab ad retro. Retrorſum: nos, a vel en reuers, ab ad, vel in reuerſum. & ad rèculum, ab ad re culum. Vnde & reculer, pro recedere & remouere neutrum & actiuum finximus, quaſi culum & dorſum verſus procedere.

Iurandi, vt ædepol, &c. nulla horũ exprimimus præter mediuſſidius, medicus, vel à μὰ, id eſt per. Picardis frequens in affirmationibus. Sed vtinam reliqua quoque ſeruaſſemus, nec iuramenta tam tremenda in illorum locũ ſucceſſiſſent, quæ in ore propè omnium in horas, aut potius in momenta audiremus: magna Chriſtianæ familiæ & iniuria, & ignominia.

Eligendi, vt potius, plus tot, vel melius micus, vel encôis, ab in & côiſir: fortè à colligere pro eligere. Potiora enim eliguntur.

Congregandi, vt ſimul, nos enſemblè, ab inſimul. vide ſimilis, canone. 3. Au-ec l'-un l'-aûtrè. Pariter pareillement, à pariliter.

Prohibendi, vt ne, nè.

Euentus, vt forte fortuito, in aduerbiis dubitandi.

Comparandi, vt magis mâis, A. 5. plus, plus: minus, mins, vel môins: tam, tam, vel à tantum tant: quàm què, vel à quomodo quomè.

Comparatio aduerbiorum, vt nominum, in tribus eſt gradibus. Poſitiuo (cuius formationem ſcilicet frequentiorem docuimus in aduerbiis qualitatis) vt docte doctèmẽt: Comparatiuo, vt doctius, plus doctèment: Superlatiuo, vt doctiſſime treſdoctèmẽt. Nam vt in nomine, ita in aduerbio indidem naſcente, comparatiuum per plus, & ſuperlatiuum per treſ, & per poſitiuum circunloquimur: exceptis paucis hæc propria habentibus: cuiuſmodi ſunt, plus plus, minus mins vel môins, melius mius, vel micus.

Intime intimèment, proxime proximèmẽt, corrupte prochâinement.

Figura ſimplex, vt heri hier. compoſita vt deu-ant hier. derierè à deretro. Præpoſitiones enim tum ſibi, tũ aduerbiis ſæpe, vel apponimus vel componimus. Hodie vero hui, O. 9. Latinis compoſitum, nobis ſimplex eſt.

Tria quandoque & quatuor aduerbia, præſertim loci, ſimul iungimus, vt alons illec, vel illa, vel la, oũ i li hat de bon vin, ab illac vbi ibi illic eſt bonum vinum. Similiter & pronomina & præpoſitiones multas eſt vbi inculcamus, vt ſuis locis dicitur. Vt Latini in compoſitione dicunt bis ſequente vocali, ſic nos bès: vt item illi bi ſequente conſona, ſic nos bè, I. 2. vt biſenſis, beſaguè à biſacuta, id eſt bipẽnis. Biſaccè, & biſac, à biſaccus, id eſt mãtica, vel ſaccus pauperũ. Becyclè, à bicyclo, id eſt duobus circulis quibus conſtant conſpicilia, quæ etiam lunetès vocamus, à circulis vitreis veluti lunulis duabus. ſed biſcuict, panis biſcoctus nautarum eſt, hodie etiam delicatorum.

Ter trè, metatheſi e & r, in compoſitione non raro exprimimus, in qua vim augendi maximam obtinet, vt treſalir, trebucher, id eſt labare, ruere, quaſi multum fragorem & ſtrepitũ caſu excitare, quod à bucca bucquer & buccher dicimus. Treſalir, id eſt timore admodum concuti & ſalire: quod nobis euenit, dũ improuiſus aliquis, aut res inopina nos perterrefacit. Treſalè, id eſt fiſſuris exiguis ſed permultis interhiãs, quod rebus immodice ſalitis vſuuenit: quia ſal ſiccat, ob id res à putredine vindicat. Eius loco etiam τρὶς aduerbiũ Græcum vſurpamus, vt treſpaſſer, id eſt paſſer, & tranſire vltra, & mori.

Participium.

Participio accidunt genus, casus, tempus, significatio, numerus, figura.

Participium nobis tãtum duplex præsens semper in ant pro masculino & neutro, in antè pro fœminino. & Præteritũ, primæ quidẽ semper in é: quartæ verò in i: Sed secundæ & tertiæ maxime varium. Reliqua duo tẽpora exprimimus per futurum indicatiui suæ significationis, vel per verbũ debeo & infinitiuũ. vt sum amaturus, id est amabo g-âimerâi: vel debeo amare, g-è dôi âimer. sum amãdus, amabor, g-è serâi âimé: vel debeo amari g-è dôi estrè âimé.

Genus, vt in nomine, masculinum & neutrum semper simile: à quo fœmininũ semper fit assumpto è. vt, hic hoc amans, âimant: hæc amans âimantè. hic amatus, hoc amatum, âimé: hæc amata, âiméè. Sic videns, vôiant: videns, vôiantè. visus, visum, veũ: visa, veũè. Faciens, fâiçant, fâiçantè: factus, à, um, fâict fâictè. audiẽs, aûiant aûiãtè: auditus, a, um, aûi, aûiè.

Casus sex vt in nomine, solis, iisdémque articulis differẽtes.

Tempus, vt dixi, duplex tantũ exprimimus, præsens & præteritum, futurum vero vtrunque circunloquimur.

Significatio præsentis actiua est (nisi verba sub o, vel or deponentia & communia passionem naturalẽ seruent) præteriti vero passiua.

Numerus, vt nominis, duplex: singularis, & pluralis à singulari differens, solius s adiectione: vt nihil interim de articuli varia in numeris voce admoneam: id quod in nomine fusius tractauimus.

Figura itidem duplex: simplex, vt amans âimant: composita, vt redamans, râimant.

Participium tam præsentis temporis, quàm præteriti (quæ

duo ſola exprimi à nobis diximus) ſæpe in ſubſtantiuum apud nos, vti apud Latinos quædam, tranſeunt. vt à trahens tirant pro martyrũ occiſore & pro tenace. (niſi tyran à tyrannus pro illo dicere malis). Radens râiant, pro ſolis radio. Pendens pendant, pro vinculo rem quampiam pẽdente. Creſcens crôiſcant, pro incremento Lunæ, le crôiſcant de la lunę. Taleans, id eſt ſcindens, taleant, pro acie ferramentorum & forficibus ſartorum. Scribens ecriu-ant pro ſcriptore: vſitatius tamẽ per e, ecriu-ent. Alans pro vadens, alant pro aſtuto & impoſtore. hinc de huiuſmodi, vulgo dicitur, Ch'eſt vn grand alant.

A præterito formata, nihil à fœminino differunt, tanquam ſubſtãtiuum aliquod fœmininũ intelligeretur. vt entrée pro aditu portæ, ab intrata. Penſée pro ſententia & mẽte, ac etiam viola autumnali à penſata. Toſtée & roſtie pro panis fruſtulo aſſato, à toſta vel toſtata. oûblée, vulgo oûblie, panis dulciarii ſpecies, & ſtrena, ab oblata. Armée pro exercitu &acie, ab armata. Montée, pro ſcala & cochlide, à montata. Vallée, pro valle & conualle, à vallata. Et alia id genus innumerabilia. quorum partem magnam legiſti ſuprà in canonibus.

Nec te moueat, quòd horum quædam à Latini ſermonis puritate abhorrent: quoniam Gallica etiam verba ſunt montare monter, id eſt aſcendere: deuallare deu-aller, id eſt deſcendere, nunc neutra, nunc actiua.

A neutro quoque ſubſtatiua vt Latini, ita nos facimus. vt peccatum pecce. vt coſté, id eſt latus à coſtatum, quaſi dicas coſtis contextum. hybernum, id eſt hyu-er, B. 3. Diurnum, i-oûr, id eſt dies.

De coniunctione.

Poteſtas coniunctionum (nam ordinem & figuram, quod ſciam, non admodum vſurpamus) copulatiua, vt et et: quam ſonamus ſeruato e voçalis ſono, t prope ſuppreſſo. Cæteras non exprimimus. Et autem, vt Latinis, ita nobis ſæpe expletiuum eſt. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Virg. Et quoniam authoritas multum in bellis quoque adminiſtrandis atque imperio militari valeat, Cicero in oratione pro lege Manilia. et puiſt, què dis tu? et oû èſt Pierrè? & alibi ſæpe.

Diſiunctiua, vt aut oût, vulgo oû: ſed t primitiui addendũ puto, vt differat ab aduerbio vbi oû. oût autem vel oû etiam pro an, ne, ſeu, ſiue, vſurpamus. Nec, nè: vt nec tu nec ille, nè tôi, nè li. Ac pro neu, neue.

Expletiua vt quidẽ, equidem: nos per aduerbiũ certe, certè.

Saltem: nos rationem etymi opinor, ſequuti, ad totum minus, a toût lè mins, vel môins, dicimus. Nam vt Latinis Gellio & Seruio eſt perſuaſum, ſaltem, per ſyncopen eſt à ſalutem: quæ vox primum in vſu fuit, maxime captiuis, qui rebus omnibus ab hoſte ſpoliati, ſalutem implorabant. hinc per conciſionem ſaltem, cum multa ſint petita, nec impetrata, poſtremum aliquid tanquam ſalutem petentes, dicimus, hoc ſaltem da, dic, fac, hoc eſt minimum, ſeu, vt dicimus, ad totum minus, a toût lè môins.

Videlicet & ſcilicet, nos in his quoque ſequuti etymum dicimus, hoc eſt ad ſapere, ch'eſt a ſau-ôir. quaſi hoc eſt ſciẽdum, dicas. Scilicet per ironiam, id eſt diſſimulationẽ pro nuntiatum: nos, hoc eſt bonum ad ſapere, ch'eſt bon a ſau-ôir, tanquam dicas res digna ſciri. Quam què.

Quanuis, etſi, licet, tametſi, etiamſi: nos, iam ſit hoc, i-a ſôit chè: tanquam dicamus, donemus iam hoc eſſe.

Quoque, etiam, eẽci, vulgo aûſſi.

Porro aduerbium temporis & loci, id eſt longe, lôing, & dè lôing. Porro coniunctio expletiua pro autem, Verùntamen & ſed, dicimus mes, à tamen.

Cauſales, vt ſi, ſi vel ſe: ac ſi, quomè ſe: ſin, ſi non: ſinautem, oût ſinon.

Siquidem, quando, quandoquidem, nam, nanque, & (quæ rationales Donato ſtatuuntur) enim, etenim, enimuero, quia, quoniã, quoniamquidem, quippe, nempe: nos car, vel à Græcis dicentibus γὰρ, hoc eſt enim γ in c: vel quar, à quare, licet ſignificatione parum conueniat, pro quia.

Quin, quinetiam: nos & etiam, et eẽci, vel aûſſi.

Quatenus aduerbium, nos vſque vbi, iuſqu'-oû

Ni, niſi: nos ſi nõ, vel ſi nè. ſed ſæpius diuidim⁹ per ſi nè, interiectis aliquot ſæpe dictionib⁹: vt niſi Petrus frater meus veniat, ſi Pierrè mon frerè nè viẽt, niſi veniat: ſi nè viẽt.

Interea aduerbiũ ſæpius eſt, vt præſertim pro præcipue principalèment, à principaliter.

Item, Gallicum quoque eſt in ordine & ſerie rerum, pro ſecundo, tertio, quarto, &c. & pro deinde, & præterea, quod nos appres & en appres etiam dicimus, ab adprope & in adprope.

Alioqui: nos, ſine hoc illo, ſans chèla: vel aliter, aûtrement: vel quod ſi non, què ſi non, oû ſi non.

Quamobrem, quare, quapropter: nos, poûrchè, vel et poûr tant, à pro hoc, pro tanto.

Vt, nos dicimus, affin què, ab ad finem quod, eius ſignificationem ſequuti. Nam dedi tibi librum, vt legeres, id eſt propter hanc cauſam, vel in eum finem. Sed vt vidi, id eſt poſtquam, puiſtquè: vel cum primum, incontinent què. Et vt vales, id eſt quomodo, quomè & quoment, eſt aduerbium, fac vt ſciam: nos què, à quòd. Vt vt, vtcũque, quomodocunque: nos quomèquè, quoment què.

Itaque, ergo, ideo, igitur, iccirco: nos à tunc, donc & donquè: & ab ergo, or, & ambobus iũctis, or dõc vel donquè.

Præpositio.

Præpositiones sibi ipsis persæpe à nobis vel apponũtur vel componuntur etiam tres, & nonnunquam quatuor.

Ad: a, aû, o. vade ad patrem tuũ, à ton perè. ad patriam, aû vel o pài, ad patriam tuam, a ton pài.

Apud & penes non exprimimus: sed super, vel sus præpositionem antiquam in compositis adhuc relictam: suspendo sustuli, sustineo sustinui, & aliis. vt, & ille est apud patrẽ, il est sur vel sus son perè. Aulici haud ita pridem sches nulla ratione finxerunt. Idque etiam verbo motus iungimus, pro ad: licet apud & penes hoc refugiant. vt vado ad patrem, sur vel sus mon perè.

Ante, ant, rarum, nisi in hoc cõposito anten, id est anno superiore proximo, quasi ante annum hunc. vnde antenôis antenôise, id est bimus, á, um, de ouibus & vitibus. & ab eo aliud, deu-ant anten: quasi ante annum superiorem dicas, pro tertio ab hinc anno. Exprimimus autem per compositum deu-ant, à deante, addito u ad explendum hiatum. Sicut in aduerbio hortandi au-ant, ab adante, quod etiam vlterius significat: vnde au-ancer, id est promouere & admouere, vt in canone diximus. vt ante me, deu-ant môi, tam pro loco & persona, quàm tempore.

Derierè autem, à de retro (quod pro pone, in præpositiones assumpsimus) sæpius loco & personæ conuenit, vt dicam prior te: nos ante te, deu-ãt tôi. Dicam post te, id est posterior: nos, appres, ab approp e. Sed si sumatur pro post tergum tuum, derierè tôi dicimus.

Antequam: nos, de antequã deu-ant què. Inde composita

par deu-ant, à per deantè & parau-ant. Illud locum & perſonam ſignificat, à per adante pro ante & coram: hoc, tempus, éſtque aduerbium pro antea, vt parau-ant & aû parau-ãtquè fâícôis tu? quaſi ad per adante.

Poſt, puiſt & puiſt appres, à poſt approp e: ſæpius aduerbiũ facimus pro poſtea. vt minor natu: nos poſt natus, puiſt né. Et inde poſtquam, puiſtquè depuiſt, à depoſt: depuiſtquè, à depoſtquam. Præpoſitionis verò eius ſignificationẽ per depuiſt à depoſt, & appres ab approp e exprimimus, vt poſt Ciceronem nemo dignus orator, depuiſt, vel appres Ciceron. Sed poſt & pone tergum, oſtium, arcam & ſimilia: nos, deriere à deretro dicimus.

Aduerſus: nos cõtra, contrè, & encontrè ab incõtra: & alencontrè, ab adincontra. Sed contrè, encontrè, ſæpe etiã pro iuxta & prope dicimus.

Cis, citra, nos decha, à dehac: vti trans, vltra, oûltre & dela, à de illac. Hac enim, vt cis, locũ nobis propinquum: illac, vt trans, remotiorem, vel fluuii, vel pontis, vel montium partem ſignificat, vt eſt citra pontes, decha les pons. eſt vltra Alpes: nos montes, de la les monts.

Circum, circa, circiter: nos, in torno entoûr: & ad in torno, alentoûr. Similiter in gyro, enu-yron: & adingyro, alenu-yron. Ligna enim poliẽda torno circũagũtur, vnde tornare toûrner, id eſt vertere. γυρὸς autẽ Latinis circulus & ambitus eſt. vnde verbũ enu-yroner pro circundare, quod gyrare Varroni ſignificat. Hæc etiam ſæpe ad tempus referuntur, non modo ad locum, vel perſonam, vt eſt circiter tertiam, entoûr, vel enu-iron trôis heûrès.

Erga: nos enu-ers, ab inuerſus.

Extra: nos deforis, dehors, & foris hors. vt intra, nos intus ens: & deintus, dedens, addito d, ad explendum hiatum, vt in redeo, prodeo Latini fecerunt.

Inter, entrè, metath.e & r, vnde intrare entrer: rentrer, à

reintrare.

Infra: nos ſub, ſoûb, & deſoûb à deſub, vt ſupra, ſuper ſur, & ſus à ſus antiqua præpoſitione.

Iuxta, ſecus, prope: près emprẽs, ab improp e. deprẽs, à depro pe. aûpres, id eſt iuxta. & appres, id eſt poſt, ab adprope. inde verbum primæ i-oûxter, de gallinaceis & hominibus in monomachiis (quas inde vocant ioûxtès) concertantibus: quòd eos iuxta inuicẽ accedere & collidi oporteat, à quo adi-oûxter, pro adiũgere. Sed ad-iuſter à iuſtus eſt, id eſt iuſtum & æquale foramini quippiã facere, ſeu quiduis ad vnguem committere.

Ob, propter: nos, pro, poûr, ad cauſam, a caûſè.

Per, par. etiam in compoſitione, vt perfectus parfaîct.

Secundum Platonem, ſecond vel ſegond, vulgo ſelon Platon, id eſt iuxta ſententiam Platonis. Secundum aurem vulnus, id eſt prope, prẽs. Secũdum deum, id eſt poſt, apprẽs. Secundum me iudicas, id eſt pro me, poûr môi.

Præter: nos, excepto, excepta, excepto: excepté excepté è. & foris, fors, vel fors què, quaſi foris excluſo dicas, vt omnes præter me, excepté môi, vel fors què môi.

Vltra, oûltrè. Inde ab vltra & agro, oûltragè, id eſt iniuria, quaſi vltra ius actio. & verbum primæ oültrager pro iniuria afficere. Et oûltrècuidé, id eſt ambitioſus & arrogans. quaſi qui ſe vltra quàm par eſt, cogitat. oûltrecuidancè, illa ambitio & arrogantia.

Vſque, i-uſquè, protheſi i-, pro vſquè.

Verſus, vers, & enu-ers ab inuerſus. Sed, a lenu-ers pro facie veſtium interna. Reu-ers, pro brachii verſa iaculatione. ſed hæc magis forte à verto fuerint.

A, ab, abs: à & de, dè. vt habui à Petro, a vel dè Pierrè.

E, ex, de: dè. vt audiui ex te, dè tôi. Venio de corte, dè la coûrt. Adde quòd dè cognomini præpoſitum, nobilitatis ſymbolum eſt Gallis.

Cum, nos au-c̃uc, & au-c̃uquè, quasi dicas aduocato & adiuncto. vt iuit mecum, id est aduocato me. Licet aduocatio illa & inuitatio non semper fiat, vt iui cum rege, non aduocato rege, sed aduocatus potius ab illo: vel etiam mea sponte, tamen re aliqua me in eius comitatum vocante & trahẽte. Pro au-c̃uc sæpe dicimus a toût. vt, la lâine au-c̃uc, vel a toût lè sui, id est lana succida & cum suo œsypo. Il est venu aueûc vel a toût mill'homès. Duo tamen hæc interdũ iungimus, vt, vade & aduoca hũc tecũ, vt in aliis sæpe fit. Au-ant môi, tôi, sôi, id est mecũ, tecũ, secum. Portès lè au-ant tôi, id est fer illud tecum.

Coram, Apuleius sæpe incoram: nos encorè, sed pro adhuc, quasi in conspectu, in promptu & præ manibus. vt non habeo adhuc, encorè.

Palam, nos per aduerbia manifeste manifestèment, patenter patentèment. vt clam per cooperte coûu-ertèment. Sed palam vobis deu-ant voûs dicimus, & en vòstrè presencè.

Pro, proû, & metathesi pôur, pro quo à quis. pôur qui, pro quo, a quid, id est quare pôur quôi. Pour tãt, id est quia, à pro tanto.

Sine, absque: sans.

Tenus, vsque ad: vt sum in aqua aurium tenus, i-usqu'aûs aûreillès.

In: en, vel à præpositione Græca ἐν. Cuius loco nos cum Græcis, in numero plurali præsertim, & cũ substantiuo sine articulo, ἐς, ès dicimus. Nisi quis malit ab en fieri es cum plurali, vt à dè, dés.

Sub, soûb, desub desoûb: vulgo soûs, dessoûs.

Super, sur, vel soûr in compositione. vt superuenire, soûru-enir: soûrfâirè à superfacere, pro pluris indicare. superuiuere soûru-iu-rè Soûrsemé, à superseminatus quibusdam ceu granis, de porcis leprosis.

Inseparabiles præpositiones vt Latinis, ita nobis solum in

compoſitione vſurpantur. vt diuidere, diu-iſer, pro cõferre conſilia, & rẽ velut delineare. diſputare diſputer, reportare reporter, ſeparare ſeparer, ambitio ambition, cõſtruere conſtruirè, omittere omettrè. Quomodo quædam præpoſitiones accuſatiuo & ablatiuo ſeruientes, vt ob, propter, circum, trans, ab, abs, è, ex, præ, vt obſtinatus obſtiné, præteritus preterit, circunciſio circunciſion, tranſportare tranſporter, abundare abunder, abſtinere abſtenir, edictum edict, extrahere extrâirè, præponere prepoſer. Adde quòd quædam præpoſitiones aliæ in compoſitione etiã aliquando manẽt integræ, vt, interdicerè interdire, in citare inciter, poſtponere poſtpoſer, proponere propoſer.

De, è, ex, vt apud Latinos, ſic apud Gallos iũcta, oppoſitã interdũ ſignificationẽ efficiũt. vt,

Dearmare Exarmare
dèſarmer.
Decapitare
de capiter.
Decollare.
decoller.
Deſpumare
eſcumer.
Deſtruere
deſtruirè.
Deartuare
demembrer, à
demembrare.
Emedullare
emeduller, elegãtium.
Enodare
denoûer.
Enucleare.
enucléer.
Deoſſare Exoſſare
deſoſſer.
Denaſare
dénaſer
Degulare
egẽûler
Dehoneſtare
deſhoneſter.
Depilare
depôiler
Excerebrare
exceru-èler.
Excoriare
excorier & excorcer, ab excorticare
Depellare
pèller
Deſquammare
ẽſqualer.
Deuirginare
deflorer.
Emaſculare
Eluſcare
creu-er leûl.
Emendare
emender.
Exenterare
deſentraler.
Exauriculare
exorêiler, ſync. cu.
Exhæredare
exhereder.
Expectorare
expectorer.

Sic nos erener & erner, ab erenare. quasi dicas, renes, hoc est lumbos, more Gallorũ, luxare, Quòd spinæ vertebrarũ luxatio, nisi multarũ sit ordine vno se consequentiũ, sensum & motũ partib⁹ omnib⁹ subiectis auferat Galen⁹ lib. 12. de vsu partiũ ex Hippocratis sentẽtia, vnde eſciner pro eſpiner, à eſpinare etiã dicim⁹. quasi intelligas spinã luxare. vt eſcinée, pro eſpinéè, partẽ spinæ suillæ vocam⁹. Sic dénoûer, dérober, déboûrser, défrèer decrier, & alia innumerabilia: quæ nõ nulli per deſ, à diſ, scribere & pronũtiare malũt. Cui significatio reclamet. Tãetsi deſarmer, deſoſſer, deſhoneſter scribo, epẽthesi ſ, ad explendum hiatũ.

Interiectio

Interiectionis proprium est affectum mẽtis significare, voce incognita. Sunt autem earum multæ communes omnium gentium, quòd naturaliter & non ex impoſitione, vt dialectici loquũtur, sæpe significãt, vt ah abhorrẽtis & auersantis, ab aha, vt vah à vaha, Priſciano authore. Sed aha vsurpamus deprehendentes aliquem in facinore & etiam aliàs veluti pro atat.

Dolorem nobis significat aû seu âiè.

Lamentationem & querelam, helas.

Admirationem, hoé, o mon diẽu, & Ieſu maria.

Calorem, oûich celeriter pronuntiatum. tarda autem voce si proferatur, frigus nobis insinuat.

Triſtitiam & moleſtiam, ah.

Aliæ voces nobis prope sunt infinitæ in vulgi cantionibus, vt lirumpha, da da. & in reſponſitationibus quas vocant auerlos, quæ mihi nullam in partem recte videntur poſſe referri, quum ne affectum quidem vllum significent, sed expleant tantummodo, nisi dicas, ad iucunditatem cantionis eas adiici, extra tamen otioſas esſe.

EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS, ANN.

M. D. XXXI. VII ID. IAN.

443252